

**Incipit compēdiū breue et vtile. aliquarū materia rū comuniuz ad fidem et doctrinā catholicam spectantiū quod eidem cancellario ascribitur sed nō apparet esse suum.**

**I**n isto libello est quedā breuis et summaria. vtilis tamen expositio. Primo de articulis fidei. Secundo decem preceptorum legis. Tertio septem sacramentorum ecclesie. Quarto septem virtutum. Quinto de septem petitionibus cōtentis in oratione dominica. Sexto de septem donis spūs sancti. Septimo de octo beatitudinibus. Octauo. de vicijis/ tam nature q̄ voluntatis.

**Tractatus primus de articulis fidei. Et primo quid sit symbolum et vnde dicatur.**

**S**ymbolum est omnium credendorū ad salutem spectantiū/ compēdiosa collectio. Quoniā vt ait cassianus libro. vi. quicquid per vniuersum diuinorum voluminum corpus immēsa diffundit copia/ totum in simbolo colligit/ breuitate perfecta. Dicit autem symbolum a syn quod est conetabile quod est sententia. quasi collectio sententiarū. Vel vt alij volunt a syn quod est con et bolum quod est frustū. quasi frustorum id est capitulorum vel particularum fidei collectio. Secundū papiam symbolum est collectio aut pactum seu placitum quod fit homini cum deo.

**Quid sit articulus**

**E**t fidei et vnde dicatur. Sciat autē articulus s̄m richardum de sancto victore. in diuisibili veritas d̄ deo. artas nos ad credendum. Dicitur in dicta descriptione veritas indiuisibilis. quia articulus nō diuiditur. sed stat in eo indiuisio credibiliū. Articulus enim de se in cōsum articulus. nō est resolubilis in articulos siue in credibilia. peruersitate tamen heresum inualecente/ quedam que cōiungebantur in simbolo apostolorū postea oportuit diuidi. Verbi gratia. Dicebāt quidam chritū non verum esse hominē neq̄ vere natum. Alij autem dicebant vere natum. sed non vere cōceptum de virgine sed corpus attulisse de celo. Vñ sancti patres vnum articulū/ in duos diuiserunt. vt vnus esset articulus de conceptōne. alius de vera eius natiuitate. Et cōsimiliter in alijs et alia causa diuisis. Et ita ly indiuisibilis/ in quibusdam articulis priuat actum diuisionis et possibilitatem. in quibusdam priuat solum actū. sic scilicet quia sunt quidā articuli qui s̄m assignatiōem apostolicam nō diuidunt. possunt tamē diuidi. Et sunt quidam articuli qui neq̄ diuiduntur neq̄ diuidi possent. Et nota q̄ in dicta descriptione dicitur de deo. cum tamē articulus aliquis prima facie videat esse de creatura. Verbi gratia. Carnis resurrectiōem. Teruntamen omnis articulus principaliter de deo est. vnde respectu articuli immediate tacti/ dicit damascus. Non credimus resurrectionem futurā. nisi diuina virtute. scilicet cooperante. Vnde et hoc credit fides catholica. scilicet promissam resurrectiōem diuina efficiendā virtute. Et sic patet quod iste articulus de deo est. quia de diuina virtute/ nostrā resurrectiōem operante. Istomodo omnes articulos qui vidētur esse de creatura. facile cōtingit reducere ad diuinam virtutē. et ita ad deum. Item in dicta descriptione dicitur artans nos ad credendum. Et tamen voluntas libera est nec potest cogi vel artari. Sed quis in volendo et consentiendo non possit voluntas cogi/ quia quo ad hoc libera est. p̄tamen alligi et trahi in p̄gnoscedo. qm̄ si intellectui bñ disposito/ infundat seueritas ip̄m intellectuz illuminās. necesse est veritatē p̄gnoscerē. et p̄sequēs alligere. et

# Compendiū Theologie

tunc trahit ad consentiendū agnite veri-  
rati. Unde Aug<sup>9</sup>. Verba trahit ouē. Hoc  
modo artat nos articulo ad credēdū. Un-  
de qdam artans id est trahens

## **D**iuisio et expositio

articulorū fidei Et primo primi.

**D**uidit autem et distinguit sym-  
bolū p̄cipue apostolorū in. xij.  
articulos. fm nūez. xij. aposto-  
lorū q̄ contulerūt credenda. qz  
ipsi hoc symbolū composuerūt. Scdm  
alios vero diuidit in. xiiij. vt patebit infra  
¶ Unus articulo et prim<sup>9</sup> attribuit patri  
fm priorē modū. sex attribuūt filio. et  
quinq̄ spiritui sancto ¶ Prim<sup>9</sup> autem qui  
attribuit patri est iste. Credo in deum pa-  
trem omnipotentē creatorē celi et terre. Ubi  
primo nota differentiā inter credere deū.  
et credere deo et credere in deum. Quia fm  
Aug. credere deo est verbis ei<sup>9</sup> siue sc̄ptu-  
re sacre fidem adhibere. Credere deum est  
credere deū esse. scz quia est. Credere in de-  
um est credēdo deū fide et affectōne. siue fi-  
de opante p̄ dilectōnem/ tendere in ipm.  
¶ Igitur expone sic. Credo in deum scilicet  
singulariter. qz in vnū deum. Unde deu-  
ter. vi. Audi israel domin<sup>9</sup> deus tu<sup>9</sup> deus  
vn<sup>9</sup> est. ¶ Patre. qd̄ hic p̄sonalit̄ tenetur  
qz subiungit filiū eius. In oratiōe vero do-  
minica tenet̄ ly pater essentialiter ubi agi-  
tur de paternitate/ vel adoptōis qua pat-  
nitate ipsa trinitas est pater bonorū/ vel  
creatōis/ qua paternitate tota trinitas  
pater est tam bonorū q̄ malorū. fm illud  
deutero. xxxij. Nūquid nō ipse est pater tu-  
us q̄ possedit te et fecit et creauit te. Om-  
nipotentē appropriate. q̄uis enī fili<sup>9</sup> sit  
omnipotēs et spiritus sanctus. omnipotens  
tamen q̄ndo ponit appropriate/ attribuit  
patri. sicut sapiētia filio. et bonitas sp̄i-  
tuis sancto ¶ Creatorē celi et terre. Ad lite-  
rā summe nature/ quā designat noīe celi/  
et infime. quā designat noīe terre/ et sicut  
inde collige creatorē medioz. Positis  
enim extremis colligūtur media. Vel per  
celum et terram intelligat̄ tam sp̄ialis q̄  
corp̄alis creatura p̄fecte formata/ vt celū  
sit inuisibilis et sp̄ialis creatura/ terra au-  
tem omne corporeū et visibile. Unde aliō  
symbolū exponens dicit factorē celi et ter-  
re/ visibilitū omnium et inuisibilitū. Et nota  
qz creare siue creatorē esse/ poti<sup>9</sup> sonat po-

tentiā q̄ sapiētiā vel bonitatem. qz ope-  
ratio egredit̄ a potentia et maxime virtu-  
osa. Unde Jobā. p̄mo Omnia p̄ ipsum fa-  
cta sunt. Et in psal. Omnia in sapiētia fe-  
cisti. Ideo appropriate attribuit creare pa-  
tri sicut et potentia/ cū tamen pater omnia  
creet p̄ filiū coopante sp̄i sancto/ qz indi-  
uisa sunt opera trinitatis/ et tote tres p̄so-  
ne/ vnus sunt creator. ¶ Et aduertēdum  
hic qz per hoc qz dicit deū singulariter/ de-  
struit errores quorundam gentiliū qui fin-  
gunt plures esse deos qd̄ manifestissim<sup>9</sup>  
est error/ qz illo posito/ clare patet qz nul-  
lus eorū sit de<sup>9</sup>. Si enī plures sunt/ diffe-  
runt inter se per aliquid quod habet vn<sup>9</sup>  
qd̄ non habet alius. Sic null<sup>9</sup> eorum erit  
summū bonū/ qz sic null<sup>9</sup> eorū habet oīa  
bona/ et sic null<sup>9</sup> eorū erit deus/ qz de<sup>9</sup> est  
summū bonū qd̄ cōtinet omnia bona. ad  
rhoma. xi. ¶ Itē per h̄ qz dicit patrem/ de-  
struit obstinatōem iudeoz. qui nō atten-  
dūt distinctōez p̄sonalē patris et filij. ¶ Itē  
per h̄ qz dicit creatorē celi et terre/ destruit  
errorē phozū dicētū mundū fuisse ab et-  
no et deo coeternū. sicut dicit aug. aristotele  
posuisse et platonē. Itē p̄ illō idē  
destruit errorē manicheoz qui dicūt oīa  
corp̄alia/ creata a deo tenebrarū. ¶ Sed  
ex istis oritur dubitatō. Si enim credere  
in deū est tendere in eum fide opante per  
dilectōnem vt dicitur supra/ cum in pctō  
mortali existentes nō habeant istam fidē  
sic in deū tendēt. videtur qz nō credāt  
in deum/ et ita mentiūtur et peccant quan-  
do dicūt symbolū. quod graue est dicere.  
Ad qd̄ dicit fm q̄sdaz. qz ipse peccator di-  
cit credo. et nō in p̄sona sua sed in p̄sona  
ecclesie. Sicut et illō. lauabo p̄ singlas no-  
ctes lectū meū et qd̄ nisi in p̄sona ecclesie  
que in aliquibz mēbris per singlas no-  
ctes lachrymat dicere/ esset mendaciū in  
ore maloz. immo etiā et multoz iustoz.  
Et similr cum mulier dicit psal. letat<sup>9</sup> suz  
in his que dicta sunt mihi et incongrua  
eēt locutō/ nisi in p̄sona iusti generaliter  
loqueret̄ siue ecclesie. Sicut hic in p̄sona ec-  
clesie dicit. Credo in deum et sic nō peccat  
nec menti<sup>9</sup>. Alij dicunt qz exis in pctō mor-  
tali/ nō dicit qz credat in deū cū dicit cre-  
do et sed p̄fiteat̄ articulos fidei. Et ē sensus  
Credo in deū. i. p̄fiteor credēdo esse deū.  
Et ita large sumit̄ hic credere August. ve-  
ro supra sumit̄ magis stricte.

**Expositio secundi**

articuli fidei.

**S**ecundus articulus principalis et primus eorum qui attribuuntur filio est iste. Et in **I**hm xpm fi. ei. zc. Et supple credo in **I**esum xpm. zc. Que duo nomina / frequenter in nouo testamento coniungunt. Quia vnu eorum scz **I**esus exprimit eius deitatem. interpretatur enim saluator. et in qntum deus specialiter saluator est. Et reliquum nomen scilz **ch**ristus exprimit humanitatem. quia interpretatur vnctus. et in qntum homo vnctus est precosoribus suis. **F**ilius eius vnicus id est naturalis non adoptiuus. Unde aliud symbolum / determinando dicit. Et ex patre natu. zc. Vel vnici dicit. quia non est vnus filius in qntum deus. z alius filius in qntum homo. Sed idem xps in duabus naturis. scz deitate z humanitate. z tribus substantiis. scz deitate anima z carne vnicius est filius. Unde **augustinus** in ecclesiasticis dogmatibus. Non duos filios fatemur si cut sepando naturas nestorius tradit. scz deum z hominem / vnu filium credimus. manentem in duabus substantiis. non tamen confusis naturis. quis enim duas habeat natiuitates. vnam qua nascitur de matre. z vnam qua nascitur ex deo patre / tamen est vnicus filius non duo filij. Quando ego / in conceptioe p viam generatiois pcessi a patre / z sic quadam natiuitate natus sum in vtero. Secundo natus sum de matre ex vtero. nec tamen ppter istas duas natiuitates / dicendus sum duo filij sed vnicus. **S**equitur dnm nostru. Unde ipse dicit math. vlti. Data est mihi omnis potestas in celo z in terra. zc. **P**er hoc etia q dicit **I**esum xpm quod interpretatur saluator et vnctus / deridet hebetudo iudeorum qui suu messiam id est saluatore e adhuc futurum expectant. **P**er hoc etia q dicit filium vnici / destruit heresim sabelliano / rum dicentiu eandem psonam esse patrem z filiu. quod apertissimu apparet mendacium qz fm decursum naturalis / oportet q inter patrem z filium psonalis sit distinctio licet conformitas sit nature z similitudo. Quales etenim sumus nos. tales q a nobis generantur. Unde de ipsa diuina filiatione dicit ad rom. viij. Accepistis spm adoptionis filioz. zc. Et post pauca. Si at

filij / z heredes. heredes quidem dei / coheredes autem christi. Et ad eph. i. Predestinauit nos in adoptionem filioz per **I**esum christum. Nullus enim seipm gignit. Unde cum idem sit pater quod filius in substantia. oportet q alteritas sit psonaz. **P**er hoc etia q dicit dominu nostru / destruit heresis arrianoz qui ponit inequalitatem psonaz. Unde **Johannes**. Egoz pater vnu sumus. Et ad hebre. i. qui cum sit splendor gloriez figura substantie eius. Et fm **athanasium**. Equalis patri fm diuinitate zc. Sicut enim pater dñs est omnium / z omnipotens / ita est z filius. Quod expressius determinat in alio simbolo vbi dicit. omnipotens pater. omnipotens filius. quod tamen intelligat fm diuinitatem. Quauis enim humanitati christi collata sit omnis scientia. non tamen omnipotentia.

**Expositio tertii**

articuli fidei.

**T**ertius articulus principalis et secundus eorum qui pertinent ad filium. qui determinat vtranque eius natiuitatem. scz in vtero et ex vtero. Et est iste. Qui conceptus est de spiritu sancto natus ex **M**aria virgine. **D**ic ergo. qui scilz xps / conceptus est de spu sancto id est opatione spiritus sancti. vno etenim eodemq momento / segregata fuit illa caro assumpta / a reliqua carne virginis / opatione spiritus sancti. et animata anima rationali. et deitas eis vnita. Unde non est putandum q sit conceptus de spu sancto sicut proles de semine paterno concipitur. qz sic transisset spu sancto omnino. mutat qz fuisset in carnem. sic paternum semen transit in carne p lis / amittens propria specie / qd est etiam solo cogitatu abhorrendissimu. Unde **lyde** / non denotat circumstantiam cause / materialis / sed potius cause efficientis. Quauis enim incarnatio filij dei / sit opus toti trinitatis / qz qd operatur vna persona / operantur omnes (eo q indiuisa sunt opera trinitatis) ipsa tamen gratia / mediante qua natura humani vnici diuine / est donu appropriatum spu sancto / qz hec gratia appropriate pcedit a caritate seu a benignitate dei / qua spu sancto appropat. Non ei deus in qntu potens vel in qntu sapiens / scz in qntu bonus / z benignus nostram redemptionem operatus est / per incarnationem filij dei. **D**icitur igitur. qui

# Compendiū Theologie

conceptus est de spiritu sancto. non naturaliter. sed opatione spiritus sancti et quasi secundum appropriationem cause efficiētis. In quo verbo tangit natiuitas eius in utero scilicet qua natus est de patre veniens. nec tamen recedens. De qua **Dat. primo** Quod in ea natus est / de spiritu sancto est **Glosa Natum. i. conceptum.** Dicitur postea natus ex **Maria** virgine scilicet natiuitate ex utero. de qua **Luce. ij.** Et peperit filium suum primogenitum etc. **Per hoc autem** patet / qui conceptus est de spiritu sancto. i. opatione spiritus sancti et non opatione virili / destruitur heresis hebeonitarum. qui asserunt christum ex **Maria** et **Ioseph** nuptiali coitu esse conceptum. **Per hoc etiam** quod subdit. natus ex **Maria** virgine ut scilicet de vera matre de qua materia corporis assumpsit / destruit error valentini et aliorum dicentium de virgine christum nihil corporis assumpsisse. sed per eam quasi per fistulam transisse.

## **Expositio quarti**

**Q**uartus articulus principalis / et tertius eorum qui pertinent ad filium. et quidem describit passionem eius sacramentum secundum omnia que circumstant mortem eius. ut est flagellatio. crucifixio. sepultura. et huiusmodi. est iste **Passus** sub pontio pilato. crucifixus. mortuus et sepultus. **Qui** supplet christus / passus est sub pilato. i. sub potestate pilati. **Pilato** dicto pontio scilicet genere. quasi dicat non romano. quod forte dicit ad differentiam alicuius alterius pilati. **Crucifixus** in quo distinguit passionem suam a passione aliorum qui suspenduntur in patibulo. **Quia** secundum yfido. patibulum prope dicitur ubi homo suffocatur et statim moritur. **Crux** vero ubi diu tortus / tandem languenti morte moritur. ubi mors grauior et productior est. **Tamen** multotiens unum pro alio ponitur. **Sequitur** mortuus vera morte. per dissolutionem scilicet anime a corpore. diuinitas tamen semper coniuncta mansit utrobique. **Unde** augustinus. super **Iohannem** Verbum diuinum ex quo hominem id est carnem et animam suscepit / nunquam deposuit. **Mors** ergo / ad tempus carnem et animam sepauit. neutrum tamen a verbo. **Et** sepultus. non tamen ut alij corruptus et incineratus.

**Unde** in psal. **Non** dabis sanctum tuum videre corruptionem. **Per** hoc autem quod dicit passus crucifixus mortuus / ostendit veram carnem utpote sensibilem et passibilem habuisse. **In** qua eliditur error apollinaristarum. qui dicunt eum sensu et carne sensibili caruisse. cum tamen verissimam carnem habuerit. et optime complexionatam. et ideo maxime passibilem. **Nec** absorpta fuit illa passio per unionem deitatis. quia in illa unionem (ut dicit damascenus) suata fuit utriusque nature proprietas. **Nam** quod passibile / mansit passibile sicut humanitas. et quod impassibile / mansit impassibile sicut diuinitas. **Quinimo** incopabilem penam grauiorem sustinuit. quam posset purus homo sustinere. eo quod prebebat ei illa unionem robur et vires ad sustinendam tam amarum passionem / in qua purus homo qui eiusdem tenentudinis esset (ut dicunt) in initio passionis defecisset. **Destruit** in hoc etiam error illorum qui dicunt carnem illam in naturam deitatis transisse. et ideo impassibile fuisse. **Duos** confutat hieronimus in epistola ad damasum papam.

## **Expositio quinti**

**Q**uintus articulus principalis in numero. et quartus eorum qui spectant ad filium pertinet ad redemptionem eorum sacramentum qui erant in limbo inferni conclusi secundum quod prophetauerat zacharias. ix. capit. **Tu** quoque in sanguine testamenti tui / emisisti vincos tuos de lacu in quo non est aqua. **Et** iste. **Descendit** ad inferna tertia die resurrexit a mortuis. **Descendit** tamen. scilicet in anima deitate unita. quia corpus in sepulcro quieuit. et deitas ubique erat. **Un** sine ea descendere non potuit ad inferna. i. ad limbum. parte. scilicet inferni superioris. quod detinebant saluandi. quibus debitum hominis penitentis per mortem christi solueretur. quod ait dicit psal. eruisi animam meam ex inferno inferiori. non est infernus. **Dicit** ei ibi limbo inferni inferioris respectu aeris caliginosi in quo ut in suo inferno affliguntur modo maligni spiritus. **Un** respectu illius aeris qui ad situm. limbo hoc est superior pars inferni dicitur inferni inferioris. **Tertia** die resurrexit a mortuis. ut per synodochen per sonat per toto. ut videlicet per illius diei pasceus qui mortuus est / pro vna die computetur. et nocte sequens dominice. cuius mane resurrexit / per die tertio

**P**er hec autem verba destruitur error eorum qui negant resurrectionem nostram. Negare enim nostram resurrectionem est quodammodo negare resurrectionem christi. Sic enim arguit apostolus peria ad Corinthios. **Et** si christus resurrexit et nos resurgemus. Cum autem ad destructionem consequentis sequatur destructio antecedentis si nos non resurgemus neque christus resurrexit. **Et** nota quod secundum istam distinctionem articuloz hęc duo coniunguntur scilicet descensus ad inferos et resurrectio a mortuis. quia iste articulus dicit totum quod christus nobis per suam mortem meruit. hoc autem est redemptio in anima. quod completa est per fracturam inferni in descensu ad inferos. et redemptio in corpore que completa est in resurrectione per gloriam corporis.

### Expositio sexti articuli fidei.

**S**extus articulus principalis in numero. et quintus eorum qui spectant ad filium pertinet ad apertionem loci latitudinis. ubi per nobis precursor facit christus ascendit per pandens iter ante nos. et est iste. Ascendit ad celos se det ad dexteram dei patris omnipotentis. Ascendit igitur ad celos secundum humanitatem vel in quantum homo qui ubique est secundum deitatem. Ascendit inquam non statim post resurrectionem. sed post quadraginta dies. quibus apparuit per multas vices discipulis suis. ut fidem eorum roboraret apparitionibus. et probaret gloriosam resurrectionem sui corporis. quod oculis suis paulo ante discipuli viderant exprinctum. **Sequitur** sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. id est in eterna beatitudine. ad quam dexteram positus est electos suos. ut dicitur matthei. **Et** statuet oues quodammodo a dextris etc. Vel ad dexteram dei patris. id est in iudicaria potestate. quod dicitur iohannis. **Præ** omne iudicium dedit filio. **Et** vtrumque notat cum dicit sedet. quod sedere est descendit et iudicantium. quasi dicitur. pacifice gloriatur. et omnia quiete et pacifice cum patre iudicat et disponit. et iste articulus destruit illam heresim quod negat equalitatem patris et filii. **Et** sicut illa quod dubitat de ascensione eius in celum. et per consequens negat nostram quod causat ex sua. sic erectio membrorum sequitur ad erectionem capitis. **Ante** augustinus. **Vis** ascendere ad celum. ascendente tene. etenim

per teipsum levare non poterit. Si ergo vis ascendere. membrum illius esto quod solus ascendit Job. **iiij.** Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo.

### Expositio septimi articuli fidei.

**S**eptimus articulus principalis in numero. sextus vero ultimus eorum quod secundum istam assignationem pertinent ad filium. est de reditu ad iudicium. quoniam ut dicit iohannis. **Præ** omne iudicium dedit filio. ut scilicet ille qui vivus iudicat est et exinde mortuus. iudicet vivos et mortuos. et est ille. **Inde** venturum est iudicare vivos et mortuos. **Inde** scilicet. id est postmodum. **Vel** inde. id est de celis quos ascendit. venturus est scilicet in die iudicii. iudicare vivos et mortuos. **Ad** istam. quia tunc et vivi et mortui replebunt iudicandi. ut inquit apostolus peria ad thessalios. **Et** mortui qui in christo sunt resurgent primi. deinde nos qui vivimus qui relinquitur sicut raptemur cum illis in nubibus obviam christo in aera etc. **Illi** tamen vivi qui reperiunt morientur. sed statim in momento resurgent. iudicium cum resuscitatis recepturi ubi non putet per tractum et moram temporis singulorum examinationem fieri. sed uno eodemque momento et merita singulorum discurret et discussa iudicabit. **Ante** augustinus. **Non** est in illo iudicio singulorum hominum vicissim operanda discussio. sed momentaneo discussu simul omnia sic et fecit sic et iudicabit. **Vel** aliter. **Venturum** est iudicare vivos. scilicet vitæ gratie. et mortuos scilicet morte culpe. **Ubi** nota. quod aliud simbulus addit ista verba cum gloria. quia licet christus in forma servi in qua iudicatus est sit ipse se iudicaturus. tamen in forma gloriosa apparebit et in carne glorificata. **Vel** eius gloria id est cum societate gloriosa electorum simul iudicantium. quia ut dicitur ysaie. **Domine** ad iudicium veniet cum senioribus populi sui et principibus eius. **Ex** quo patet quod quidam ibi iudicabunt et non iudicabunt. ut perfecti qui omnia propter christum reliquerunt et secuti sunt eum qui christi in iudicando assessores erunt. alij non iudicabunt. sed iudicabuntur scilicet fideles qui secundum opera sua recipiant iuxta discussionem de qua habet matthei. **Esuri** et edistis mihi mandu-

## Compendiū theologie

care rē. cum alijs ibidem taz respectu ele  
ctorum q̄ respectu reproborum expositis  
Iudicabuntur enī quidam eorū ad glo  
riam / et quidā eorum ad p̄nam. aliq̄ nec  
iudicabunt nec iudicabitur. scilicet infi  
deles. quia iam iudicati sunt. Unde io  
hannis. iij. Qui non credit / iam iudica  
tus est.

### **E**xpositio octavi articuli fidei.

**Q**uinq̄ autē articuli sequentes  
pertinet ad spiritum sanctum /  
tam in se q̄ in donis suis. In  
se dico. quia in octavo articulo  
in ordine omnium duodecim articuloꝝ  
primo vero in ordine istorum quinq̄  
exprimitur personalitas sua. et est iste.  
Credo in spiritum sanctum. Et circumlo  
cutivē loquitur. Quando enī hec vox spi  
ritus sanctus / capitur dictio aliter / tunc  
solam tertiam personam in trinitate re  
signat. Quando autē vi orationis tene  
tur / essentialiter sumit. et cōuenit toti  
trinitati scz x̄o. Et nota q̄ i alio sim  
bolo / ad maiore expressionem istius ar  
ticuli / adduntur plura. scilicet in sp̄m  
sanctū dominū et vivificantē. qui ex pa  
tre filioq̄ p̄cedit. qui cū patre et filio si  
adoratur et cōglorificat. qui locus est  
per p̄phetas. Et hoc propter quasdam he  
reticos que postea pullulauerūt. Impiissi  
mi enim nestorius et euthicius dixerunt  
spiritum sanctū esse seruum patris et filij et  
eis obedire / sicut virtus quedam aliena  
ab essentia eoz. nec dare vitā gratie / nec  
inspirationē. et ideo additus est dominū  
et vivificantē. Et ad equalitatē signifi  
candam appositū est / qui ex patre filio  
q̄ procedit. qui cū patre et filio si  
adoratur et cōglorificat. Montanus autē  
quidā hereticus. et porphirius quidam  
alius post eū discipulis suis dixerunt. p̄  
phetas nō diuino spiritu. sed tanq̄ pro  
phanaticos locutos fuisse. sicut loquū  
tur energumini et arrepticū. Et vt eorū  
error excluderetur addiderūt / qui locu  
tus est per p̄phetas. quia cum spiritu sc̄o  
inspirante locuti sunt sancti dei homines.

### **E**xpositio noni ar ticuli fidei.

**D**onus articulus in ordine prin  
cipali / et secundus eorum qui  
spectat ad spiritum sanctū. s̄m  
salicē q̄ signat et vnit genera  
liter ecclesiam est iste. Sanctā ecclesiā  
catholicā. Et nota q̄ illud q̄ sequit̄  
scz sanctorū cōmunionē adiungunt aliq̄  
isti articulo. aliq̄ vero adiungit articulo  
sequenti. Sc̄m primū modū exponit̄  
sic. Credo / supple sanctā ecclesiam catho  
licam / siue militātem siue triumphantē  
esse cōmunionem. id est cōgregationem  
vel societate sanctorū. Vel sic. Credo san  
ctam ecclesiam catholicā adhuc in ter  
tis militāntē. et credo sanctorū commu  
nionem. id est sanctorū societatem in ce  
lo scilicet esse. hoc est eccliam triumphantē  
quasi diceret. vtrancq̄ ecclesiam credo.  
Vel credo sanctā ecclesiam catholicā  
hoc est siue militāntē siue triumphantem  
et credo sanctorū cōmunionē. id est suffra  
gia ipsius ecclesie que communicamus.  
Vel cōmunionē. i. eucharistiā esse. scilz  
in altari. q̄ negāt albigenes. Sc̄m  
vero eos q̄ tantūmō ponit istud p̄ arti  
culo sanctā eccliam catholicā / exponitur  
sic. i. eccliam vniuersalē. Catholicon enī  
grece / latine signat vniuersalē. et dicit̄  
ecclesia vniuersalē s̄m locū / duabus re  
causis. Prima. s. q̄ est vniuersalē p̄ dica  
ta per q̄ttuor p̄tes terre. An in psal. In  
omnem terram eruit sonus eorum. Se  
cunda causa quia articulos habet vniuer  
saliter veros. quibz scilicet nullū falsum  
potest subesse.

### **E**xpositio decimi articuli fidei.

**D**ecimus articulus in ordine pri  
cipali et tertius eorum qui spe  
ctant ad sp̄m sanctū. s̄m scilicet  
effectū gr̄e contra pctm̄ est iste  
Remissionē pctōꝝ scilicet credo. Et in  
telligat generalr̄ de remissionē pctōꝝ.  
siue que fit in baptismo. siue q̄ fit extra  
baptismū. sic in penitētia. Tamē aliud  
symbolū nō videt loq̄ nisi de remissionē  
pctōꝝ q̄ fit in baptismo. Dicit enim  
confiteor vni baptismū in remissionem  
peccatorū. sed hoc quod ibi specialr̄ dicit̄  
de baptismo fuit contra hereticos cer  
tos impugnātes sacramentū baptismi

Est ergo sensus Credo remissionem peccatorum fieri. supple per xpi. siue in baptismo triplici. scz fluminis / fluminis et sanguinis / siue post baptismum in penitentia. **S**com alios autē (qui vt supra tactū est) istud adiungūt cū articulo pcedenti vt scilicet sit vnus articulus. ecclesiam sanctā catholicam / sanctorū cōmunionē / remissionē peccatorū. sicut inferius latius dicitur. sic errone. Credo ecclesiam catholicam. id est vniuersalē ecclesiā / habetē modo vel habiturā in futuro / cōmunionem sanctorū. id est omnē vniōnem vel societatem sanctorū. quando scilz regnum militans / veniet ad regnum trīū pbans. Et credo supple hanc psecutam vel consecuturā remissionē peccatorum scilicet per ecclesiastica sacramenta et bona opera. q̄ dicat. Credo peccata dimitti his qui sunt de ecclesia fidelium et non alijs. Quāuis enim deus p se dimittat peccata / nō tamen dimittit nisi p p̄sentiam sacramentorū / nisi necessitas excluderet beneficiū sacramenti. Prior tamē mod⁹ exponēdi ouenientior apparet.

**Expositio** vndecimi articuli fidei.

**U**ndecimus articulus in ordine principali / et q̄rtus eorum qui spectant ad spiritū sanctū. est de spiritu insufficiente sup interfectos veneno primi pentis. de quo p̄dicit ezechiel ezechiel. xxxvij. A quatuor ventis veni spūs et insuffla sup interfectos istos et reuiuifcant. et est iste. Carnis resurrectionem. et est sensus. Credo spiritū sanctum / per reductionem spūs creati ad corpus / facientem sua virtute carnis resurrectionē. Quod etiā innuit psal. cum dicit Emitte spūm tuū et creabuntur et renouabis faciē terre. **I**n qua resurrectione credendū est idem corpus quod per mortē cecidit / ad eundem spiritū. id est ad eandē animā reditursi siue cuiuslibet mēbri materia ad idē mēbrum in quo erat redeat vt exponit aliqui / siue eadē materia tota corporis redeat ad totū corpus / nō tamen necessario materia cuiuslibet mēbri ad idē mēbrum scōm exemplū qd ponit aug⁹. Quā de statua enea fusa / fit massa. et itē de eadem massa fit statua. vbi est om̄imoda iden-

titas materialis et numeralis inter statuam priorē et posteriorē. qz materia est eadē nūero et forma natural. scz eneitās et tñ forte qd prius fuit materia pedis i statua priori / fusa / erit materia brachij in statua posteriori. Et similt in proposito. **A**rgumētū autē infallibile qd resurrectione erit quotidie habemus. Unde dicit petrus rauennas. Crede te homo in morte posse resurgere. qui anteq̄ viueres nihil fuisti. aut q̄re dubitas qd resurgas. cū totum qd in rebus est continue sic resurgat? Sol enī occidit et resurgit. dies se pelitur et redit. mēses anni. fructus. tempus. semina cum trāseunt ipsa moriunt. cum redeunt ipsa sua morte viuescūt. Et tu etiā quotiens dormis et dormiendo euigilas / tecum q̄si moreris et resurgis.

**Expositio duodecimi articuli fidei.**

**D**uodecimus et vltimus articulus in ordine principali / et q̄ntus eorum qui spectant ad spiritū sanctū / est de spiritū sancto. eterno. electos p̄mante. et est iste. Vita eternam. et est sensus. Credo vitam eternam a spūscō in p̄miū electis collatam. **I**n h̄ etiā articulo mors eterna docetur debere credi reprobis futura. q̄si dicat. Credo vitam eternā p̄miū bonorū et mortē eternā supplicij malorū. **D**ec autē vita eterna / consistit i stola anie et corporis. Stola autē anie in tribo consistit scz in manifesta cognitiōe summe trinitatē q̄ succedit fidei. Job. xvij. Dec ē vita eterna vt cogscant te solū rex dei et quē misisti iesum xpm. Itē in p̄fecta ei⁹ fructiōe que succedit spei. Itē in p̄fecta ei⁹ dilectione. qz nō euacuabit h̄ p̄ficiet caritas ipsius dei. Stola autē corporis in q̄tuor etiā consistit. scz in agilitate. subtilitate. claritate. in impassibilitate. De quibus dicit sapiētie. ij. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arundineto discurrent. Si igitur fulgebunt / ergo habebūt claritatem. Si iusti / ergo habebunt immortalitatem seu impassibilitatē. quia sapie. i. Iusticia perpetua est et imortlis. Si sint scintille / ḡ habebunt subtilitatē. Si discurrent / ergo habebunt agilitatem. Per hunc articulū destruit heresis ponentiū

## Cōpendiū theologie

teum non curate facta hominū et heresis potentium animā interire cum corpore.

**A**men. Iste terminus amen / quōq; tenetur aduerbially. et sic interpretat fideliter. sicut aquilā. et sonat tantū sic ita fiat. Et ponitur venterono. xxvij. Et dicit omnis populus amen. Aliquando nominaliter aliquādo verbali. ut dari potest exemplum apocalip. iij. Hoc dicit amen. i. veritas. Vel amē. i. veritatē annunciās. Et potest hic sumi primo vel secūdo modo.

**I**n sint alia credenda yltra articulos.

**S**icut autē quera tur / an teneamur aliq̄ credere que nō sunt articuli. sicut ubi gratia. fornicationē esse peccatū mortale. et similia. Dicitur ubi q; sic. Oportet enim multa credere q̄ nō sunt articuli. maxie ea q̄ articulos p̄cedūt. Credere enī deo nō est articulus. s; articulos p̄cedit. et tñ oportet deo credere. qz antecedit articulos. Et cum credere deo sit credere x̄bis eius siue sacre scripture q̄ dicit fornicationem esse mortale peccatū. Patet qz quōvis nō sit articulus / oportet illud credere. Et sic qui negaret p̄cipia alicuius arti / diceret hereticus in illa arte. sic q̄ negaret fornicationem esse peccatū mortale / vel aliqd qd̄ afferit sacra scriptura. qd̄ quidē articulos fidei antecedit. hereticus i fide dēberet reputari.

**U**nde sumitur numerus et distinctio articuloꝝ fidei.

**D**iximus autē articuloꝝ et distinctionē sicut p̄statū modū exponēdi sic accipe.

**C**um enī credere habeamus qd̄ deus i sua essentia vn̄ et simplex / trin̄ sit in p̄sonis. quib; q̄dez p̄sonis iuxta suas p̄prietates p̄sonales certe erga nos et n̄fam salutem attribuitur opatiōes p̄dicātes / q̄s etiā credere habeamus / inde insurgit nūmerus et distinctio duodecim articuloꝝ fidei. iuxta duodecim q̄ sic nobis de ipsis p̄sonis diuinis credēda inclūbūt. Et qz iuxta ip̄m modū exponēdi / vnū attribuitur p̄sonae patris. sex x̄o p̄sonae filij. et quōq; p̄sonae sp̄s sancti. ideo duodecim articuli fidei assignantur. vnus respectu p̄ris. sex respectu filij. et quōq; respectu sp̄s sancti. **D**e vnico

articulo q̄ attribuitur p̄sonae patris. **P**rimus enī articulus q̄ ut tactū est attribuitur patri. exprimit eius p̄sonalitatem et omni-

potentiam / cum dicit. Credo in vnū p̄m̄ omnipotentē creatorē celi et terre. et hunc articulum posuit petrus. **D**e primo sex articuloꝝ attributoꝝ p̄sonae filij. **P**rimus vero sex articuloꝝ q̄ attribuitur filio exprimit eius p̄sonalitatem / cum dicit. Et in iesum x̄pm̄ filium eius vn̄cū dominū nostrum. et hunc posuit andreas. **D**e secūdo et tertio. **S**ecūdo exprimit v̄tā qz eius natiuitatem / cum dicit. Qui conceptus est d̄ sp̄s sancto natus ex maria virgine. et hunc posuit iohānes euāgelista.

**T**ertius exprimit passionis siue facta menti / cum dicit. Passus sub pontio pylato crucifiscus mortuus et sepultus. et hūc posuit iacobus maior.

**D**e quarto. **Q**uartus exprimit eius descensum ad inferos et p̄sequēte resurrectionē / cū dicit. Descendit ad inferna tertia die resurrexit a mortuis. et hunc posuit thomas.

**D**e quinto. **Q**uintus exprimit ascensum suū ad superos et ianue celestis apertionem / cum dicit. Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei patris omnipotentis et hunc posuit iacobus minor.

**D**e sexto. **S**extus exprimit eius iudiciariā p̄tatem / cum dicit. Inde venturū ē iudicare viuos et mortuos. et hunc posuit philippus.

**D**e quinq; articulis attributis p̄sonae spiritus sancti. **P**rimus v̄o quōq; articuloꝝ qui attribuitur spiritui sc̄to exprimit eius p̄sonalitatem / cum dicit. Credo in sp̄m̄ sanctum. et hunc posuit bartholomeus.

**S**ecundus exprimit eius sanctificationem et vnionē qua in eo vnitur ecclesia / cum dicit. Sanctam ecclesiam catholicam sanctorū communionem. et hunc posuit matheus.

**T**ertius exprimit eius remissionē siue iustificationem per generalem remissionē / cum dicit. Remissionem peccatorum. et hunc posuit symon chananus.

**Q**uartus exprimit eius viuificationem per generalem resurrectionem / cū dicit. Carnis resurrectionē. et hūc posuit iudas thadeus.

**Q**uintus et vltimus exprimit eternam eius p̄miationem / cū dicit. Vitam eternā et hunc posuit matthias. Et clarius hęc patent in figura sequenti.



## De quadam alia distinctione articuloꝝ fidei.

**H**ec et alia distinctio quorundam modernorum. quae symbolum in quatuordecim diuidit articulos. Diuidit enim primum et tertium et quatuor articulos supra positos / quolibet in duos. non uero et decimum redigunt in unum. prout uideatur distinguere symbolum in centum quod cantatur in missa. Et secundum hanc distinctionem ponuntur septem articuli pertinentes ad diuinitatem. et alii septem pertinentes ad humanitatem. sic scilicet. Nam symbolum autem est de deitate. aut de humanitate.

## De septem articulis

pertinentibus ad deitatem. Et primo de primo.

**S**i autem est de deitate. tunc primus articulus est unum deum tantum esse. Et est iste. Credo in deum. Secundus articulus est patrem esse unum deum creatoremque omnium. Et est iste. Patrem omnipotentem / creatorem celi et terre. Et ut supra tactum est isti duo articuli secundum assignationem precedentem non sunt nisi unus articulus. Tertius articulus est filium eius unicum esse unum deum sibi equalē. Et est iste. Et in Iesum christum filium eius unicum dominum nostrum. Quartus articulus est spiritum sanctum esse unum deum ab utroque precedentem. Et est iste. Credo in spiritum sanctum. Quintus articulus est deum patrem dimittere / his qui sunt in ecclesia et habere communionem ecclesiae et non alijs. Et est iste. Sanctam ecclesiam catholicam / sanctorum communionem / remissionem peccatorum. Et sic ut supra tactum est coniunguntur isti duo articuli in unum scilicet non et decimum.

**S**extus articulus est deum suscitatum mortuos. Et est iste. Carnis resurrectionem.

**S**eptimus articulus est deum esse remuneratorem bonorum. Et est iste. Vitam eternam. Sub quo etiam comprehenditur deum esse punitorum malorum.

## De septem articulis

pertinentibus ad humanitatem. Si autem symbolum sit de humanitate. tunc articulus primus est quod christus conceptus est de spiritu sancto. Et est iste. Qui conceptus est de spiritu sancto.

**S**ecundus articulus est filium dei natum esse de uirgine Maria. Et est iste. Natus ex maria uirgine. Et ut supra tactum est isti duo articuli secundum assignationem precedentem

non sunt nisi unus articulus. Tertius articulus est filium dei esse passum crucifixum mortuum et sepultum. Et est iste. Passus sub pontio pilato / crucifixus / mortuus et sepultus. Quartus articulus est filium dei descendisse ad inferos. Et est iste. Descendit ad inferna. Quintus articulus est filium dei resurrexisse a mortuis. Et est iste. Tertia die resurrexit a mortuis. Sextus articulus est filium dei ascendisse ad celos sedereque ad dexteram patris. Et est iste. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Septimus articulus est filium dei iudicaturum bonos et malos. Et est iste. Inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos.

**E**xPLICIT TRACTATUS PRIMUM HUIUS LIBELLI QUI EST DE EXPOSITIONE ARTICULORUM FIDEI

## Incipit tractatus

secundus de decem preceptis legis et eorum expositione

## Intra tractatum

de preceptis legis summarim tangenda sunt. quod est preceptum. Qualiter precepta distinguantur Expositione preceptorum. De numero et sufficientia preceptorum. Qualiter in ipsis preceptis septem capitalia. proinde alia precepta prohibeantur

## De diffinitione precepti et eius expositione.

**D**iffinitio autem precepti ab aliquibus sic. Preceptum est impium obligans ad obseruationem rei uel actus impati. Extrahitur radicaliter hec diffinitio a diffinitione precepti

quae datur augustinus libro de uirginitate dicens. Preceptum est. cui non obedire peccatum est.

**D**icitur in dicta diffinitione obligans ad obseruationem ad diuinum consilium. quod pro se nullo modo obligat. ut dicit augustinus. quibus per accidens id quod consilium uideatur obligare. ut prope si in casu preceptum non possit impleri nisi fiat consilium. ut si non possum sustinere parentes. scilicet patrem et matrem / nisi uendam omnia tunc tenerem omnia uendere. Quod quidem de se consilium. nec obligat nisi in casu pro accidens ut exemplificatum est.

**E**t si obijciatur quod similiter obligat uotum ad obseruationem / sic

# Compendiū theologie

conuenit ei precepti diffinitio. **R**esponde  
Aliquid uouere est tantū cōsiliū/ nec quēq;  
obligat/ nullus enī contra suā voluntatē  
obligat ad uouendū/ sed qui uouerit/ ob  
ligat necessario ad reddēdum. **E**t hoc iō  
est quia reddere votū est precepti/ sed uo  
uere est cōsiliū.

## De varia distincti one variāq; assignatiōe preceptorum in tabulis legis

**D**istinctio autē ponit varia p/  
ceptorū. **J**oseph<sup>9</sup> enī dicit qnq;  
mandata esse scripta in vna ta  
bula et qnq; in alia. **O**rig. autē  
ponit quatuor in vna et sex in alia. **A**ugu.  
autē ponit tria in vna et septē in alia/ ut po  
te tria que p̄tinēt ad deū in p̄ma tabula/ et  
septē que pertinent ad primū in secunda.  
**E**t hūc modum augustinū/ seq̄tur cōmu  
nis opinio. **Q**uō enī augu. ponit tria esse  
in vna tabula et septē in alia/ hoc magis di  
cere uidet̄ pro dignitate q̄q; p̄ scriptura. eo  
q̄ tria p̄tinēt ad dilectōes dei et septem ad  
dilectōem proximi. **U**nde si cōsiderētur  
ipse tabule et earū scriptura in se sicut cōsi  
derant hebrei et iosephus/ sic vtraq; tabu  
la cōtinebat quinq; mandata seu p̄cepta.  
**S**i autē considerent̄ fm̄ respectū et relati  
onē eorū ad que dicta mādata ordinabāt  
cum tria ordinētur ad deū et septē ad pri  
mum/ poterit tali fine cōsiderato/ dici tria  
esse in vna et septē in alia.

## Expositio prece ptorum legis Et primo primi.

**N**unc autē accedēdū est ad expo  
sitōz singulorū p̄ceptorū. **E**t cū  
lex p̄ceptorū posita sit p̄pter trās  
gressiōes cōhibēdas (ut p̄ ad  
**S**al. iij. et tripl̄r transgressio fiat. s. corde  
ore et ope. et hoc q̄dem tā quo ad deum. q̄  
etiā quo ad primū/ ut p̄fecta sit cōhibitio  
trāsgressiōis. p̄fecta ponit̄ lex p̄hibitio  
nis et sic mandatorū seu p̄ceptorū subse  
q̄tur in iūctio. **E**t primo q̄stum ad deū. p̄  
hibet̄ primū p̄ceptū cor ab idolatria. ut  
deus sc̄z diligatur toto corde. **E**st enī de  
colendo deo. **E**t colere deū (ut dicit glosa)  
est sese toto mētis affectu illi mancipare.  
**E**t est istud. **N**on habebis deos alienos  
corā me. **Q**uasi dicat **D**e hēbis deū. nō  
alienū. **E**xponēs q̄ dixit deos subdit

Quid sit deū colere

**N**on facies tibi sculptile. i. imaginē scul  
ptā. quod vocat aug<sup>9</sup> idoli. neq; similitudi  
nē oīm q̄ in celo sunt desup/ et que in ter  
ra deorsum. et. que expositō est verbi pre  
cedētis. **U**el fm̄ **O**rigi. sculptile siue ido  
lū est/ q̄d nō habet similitudinē in natu  
ra sicut cymera. **S**imilitudo autē est eorū  
q̄ aliquāz hnt̄ in natura similitudinē. ut  
imago homis vel bouis ad vey hominē  
vel ad vey bouem/ q̄d videtur per hoc q̄d  
seq̄tur que in celo desup et que in terra de  
orsum. **S**ed hoc videtur q̄ p̄hibeātur  
imagines que ad literā sculptilia sunt/ qz  
sculptur. **S**ed r̄ndetur q̄ an̄ incarnatō  
nem quādo data fuit hec lex/ nulla in li  
gno vel i lapide sculpi potuit incorpali  
dei imago. qz imago spūs/ fingi non po  
test. **E**t p̄pterea ante incarnatiōem repro  
bande erant imagines. **S**ed qz hoc fieri  
potuit post incarnatiōem filij dei. p̄pter h  
et tūc fieri concedūtur et ab ipso quidē q̄  
legem tulit et disp̄sare potuit scilicet xp̄o.  
**U**n̄ refert damas. q̄ xp̄s ab agaro regi mi  
sit in p̄ano imaginē suam. eo q̄ pictor ab  
eodē rege missus/ ad depingendū imagi  
nē xp̄i/ nō poterat vultū eius p̄e clarita  
te intueri. ut eius singula lineamenta et  
membra p̄p̄e describeret. **S**ed qz hec r̄  
sio/ nihil omnino ap̄d vnū populū iude  
um valeret quoniā nostras imagines re  
prehendūt. ideo aliter dici potest. q̄ non  
simpliciter prohibētur oīno fieri imagies.  
**U**nde beda. **I**magines fieri nulla litera  
diuina vetuit. hāz etenī aspectus multū  
cōpunctōnis solet p̄stare cōtūētib<sup>9</sup>. et eis  
qui l̄ras ignorāt quasi vinā de xp̄i passio  
ne exhibēt recordatiōem **S**alomon enim  
instinctu dīno eas fecit in tēplo dei. **S**ed  
oīno prohibētur fieri ad hūc videlicet fi  
nem ut adorētur et colātur. **U**nde seq̄tur  
**N**eq; adores neq; colas ea. **A**d adorādū  
igitur et colendū p̄hibētur imagines fieri.  
**M**os autē nō adoramus imagines. sed re  
fertur honor et adoratiō ad imaginatū. sc̄z  
ad deū vel ad sanctū eius cui<sup>9</sup> est imago.  
ut dicit augu. lib. iij. de doctrina xp̄iana.  
**S**eq̄tur **N**ō adorabis neq; coles **I**ntē  
que sic distingue. **N**on adorabis sc̄z vene  
ratōne corpis. ut inclinādo eis vel genu  
flectendo. **N**eq; coles sc̄z affectōne mētis  
**U**nde glosa **A**liō est colere aliō est adora  
re. **P**otest quis inuitus vel adulādo regi  
bus idolatris/ vel tormētis victus/ ado

rare. cum tamē sciat idolū nihil esse. et sic nulla mētis affectiōe ad idolū moueri. et p cōsequens nec colere. Colere enī est toto mētis affectu et studio mācipari. **S**equitur. Ego enī discretiue dicit. quasi dicat Ego nō alius. Sum dñs / et iō timēdus Deus tuus / et ideo diligēdus. Fortis zelotes. i. diligēs amator. **U**nī deit. v. Deus tuus deus emulatoz visitās. s. puniendo iniquitates patrū scilicet non custodiētium precepta data in filios. i. puniēs etiā ipos filios. si patres ista nō custodierint. **P**uniunt enī quādoq; filij p peccato patrū temporaliter / nō eternalit. Et sic intellige illud **Ezech. viij.** Filius nō portabit iniquitatem patrū. scz eternalit. **U**el visitās peccata patrū in filios etiā eternalit. Non aut quia sunt peccata patrū. sed qz sunt peccata filioz imitātū peccata patrū. **U**sq; in tertiam et quartā generatiōem. **H**oc dicit. qz quādoq; solent patres in tertā et quartā generatiōem viuere. et plerūq; filioz vel nepotū suoz molestius ferre cruciatūs q̄ propoz. **F**oz qui oderūt me. i. peccatorū et maloz. **E**t cōtra faciēs mīam in multa milia. i. in oēs. **E**t ponit ibi finitū numerū pro infinito. **D**iligētibus me et custodiētibus precepta mea. **I**ste terminus. et ponit ibi expositiue p id est custodiētibus. **Q**ui enī diligit deū / precepta eius seruat. **U**nde **Joh. viij.** Si quis diligit me sermo nē meū seruabit. **S**ed querit quātr istō posset dici primū preceptū. cū dilectō dei dicat primū mandatū. **M**atth. xxij. **H**oc est (loquēs de dilectōe dei) primū et maximū mandatū. **R**espondet q̄ illō mandatū de dilectōe dei idē est cū hoc prio precepto decalogi. **I**ubet enim primū preceptum decalogi vnū deum coli et nihil ei in amore preferri. et sic idem est. vel equipollet pmo mandato. iuxta preallegatū. xxij. capitulum. **M**atth. **U**el potest dici q̄ dilectio speciale mandatū nō est. sed radice et stipes ceteroz. ad quod scilicet cetera mandata reducuntur. **U**nde primū mandatū dicitur nō ordine sed dignitate. i. inter cetera precipuū et maximū. cum oīa cōphendat.

## **E**xpositio secundi

precepti.  
**S**ecundū preceptū cōhibz os a piurio. a blaffemia. a mendatō et istud. Non assumes in va

nū nomen dei tui. s. false vel superflue. vel dolose p nomē dei iurādo. vel mētendo. vel ipsum nomē blaffemando. vel puerse de deo sentiēdo. **E**t si obijciat q̄ fm istā expositiōem / istud prinēt ad quintū preceptum secunde tabule. s. ad illud. Non loquaris contra proximū tuū falsum testimoniu. vbi agit de piurio. **D**ic q̄ iurās falsum. duplr peccat. **P**rimo. s. cōtra primū suum. cū decipiēdo. et isto mō ex pre verbi quod ordinatū est ad primū. et quo ad hoc cadit sub dicto quinto mandato seu precepto secunde tabule. **I**tem secūdo peccat. inuocando ad cōfirmatiōem falsitatis vel deceptiōis / teste diuina veritate. et isto mō peccat i deū. et quo ad hoc habet sub isto secūdo mandato seu precepto pme tabule. scz in isto loco. **N**ec enī habebit dñs hominē infontē. i. innocentē scz quin apud deū nocētis penas exoluat. s. qui assumpserit nomē dei frustra. **U**nde deuter. v. **N**on usurpabis nomē dei frustra. qz nō erit impunitus qui sup re vanā nomē dei assumpserit. **U**el nō habebit dñs infontē id est innocentē. hoc est a culpa immunē cum q̄ assumpserit nomen dei frustra. qz vt habet ecclias. xxij. **U**ir multū iurans replebit iniquitate et non discedit a domo ei. **S**ed qd dicit de istis magnatis et secularib; q̄ cōsuetudinē hnt iurandi. nūqd trāsgrediūtur istō preceptū seu mandatū et peccāt mortalit. **A**liq̄ rident distinguēdo. dicētes q̄ piuriū multipliciter dicit. s. indiscreta iuratio. vt pote quādo q̄ inutilr iurat verū. vel q̄ sine de liberatiōe iurat. et tūc nō credunt esse mortale peccatū. **N**ā tūc fit pter preceptū. sed nō contra preceptū / nisi forsan nimia eēt assuefactio. **A**lio modo sumit piuriū. vbi vel quādo q̄ iurat cū deliberatiōe illud qd iuramēto nō esset asserendū / imo nec simpliciter dicēdū seu loquēdū. sed pot̄ oppositiū. et tūc credit esse mortale peccatū. **A**liq̄ distinguūt dicētes q̄ piuriū multipliciter dicit. **U**no modo falsa iuratio. q̄ si fiat ex ignorantia / adhibita tamē pus diligētia debita. nō est peccatū. **S**ed si fiat nō adhibita diligētia debita. peccatū quidē est sed veniale. **S**i aut falsa iuratio fiat sciēter. vt pote cū mendaciū iuramēto cōfirmatur. tūc nisi tantū iocando fieret. semp est peccatū mortale. **A**lio modo dicit piuriū trāsgressio iuramēti iā facti. qd si fuit licit

## Compendiū theologie

tum. semp est ipsa trāsgressio mortale peccatū. Si vero illicitū. trāsgressio illi nō est peccatū. sed illud illicitū sciēter iurasse fuit peccatū. Tertio modo dicit per iurū indiscrētū iuramentū. qđ ponū (nisi alia aggrauaret circūstantia) veniale peccatū

**I**te nomē dei patris/est filius. qz ipm patrē notificat. Nomē ergo dei in vanum assumit qui ipm xpm purā creaturam ponit seu asserit. qz sic ponit ipm esse vanū vel vanitatē. An ad romā. viij. Vanitati subiecta est ois creatura. Sed cum xps veritas sit. vñ Jo. xiiij. Ego sum via veritas et vita. nullaten⁹ poterit esse vanitas. et sic nec pura creatura. Quid ergo absurdus qđ illā firmissimā veritatē ponere vanitatē. et illud verbū virtuosum sustētans oia vt habet ad heb. i. ponere vanū et sustētātū. Deniqz tertio modo nomē dei assumit ille in vanū qđ nomē xpi. vñ dicit xpianus. p peccatū vanū reddīt et mortuū. Nomen qđpe sup hoies scriptū vt viuant ipi iuxta qđ loqitur xps apocal. iij. Et scribā sup eum nomē dei mei et nomē ciuitatis dei mei noue hierlm. que descendit de celo a deo meo. et nomen meū nouum

### Expositio tertii pre

**T**ertiu pceptū ptinēs (ceptū ad deū/cōhibēs trāsgressiōē in ope est. Memento vt diē sabbati sanctifices. i. sanctū et seriū habēas. cessando ab omni ope seruilī. Ubi nota. qđ in qđtū sabbatū designt quietē interiorē a prauis affectiōibus/et exteriorē ab oibus seruilib⁹. pter illi⁹ diei determinatōem/ morale est hoc pceptū et scriptum in corde hūano. sicut alia decalogi mandata seu pcepta. Natura enī dicit esse vacandū aliqñ quieti. et orōni. et diuine laudi. Sed qz tali diē. sabbato. et a talib⁹ rebus grossiorib⁹ abstinere/nō dicitur cōscia. sed sola exterior iussio diuina qđtum ad hoc fuit cerimoniale hoc mādatum. et soluendū. i. solui poterat. Circa qđ est aduertendū. qđ in dñica resurrectōnis dñice/ex statuto ecclesie mutatum est sabbatū in dñicam/ ne videremur iudaisare. Quia ex quo veritas luxit. trāsiit legē ymbra. et hoc quo ad cerimonialia. Et si querat quare alie iudoz festiuitates nō pceptiebant in decalogo. Dic qđ cetera eorum festiuitates/fuerūt tantū cerimonialia

do cōp̄r̄mi. quia s̄m **B**ezzo. fortitudo si ne consilio precipitat. Et ne consiliū in cautū foret. adiungit ei donū intellectū. q̄ est cognitio bonorū spūalium/ quo cōsiliū in ipsa spūalia dirigi possit. Et vt intellectus modo debito tempetur z ordine datur ei sapientia que est cognitō per gustum diuine dulcedinis. Que sapientia a sapore non a sapere dicta est.

### De dictis septē donis in speciali.

Et primo de dono timoris.

**N**unc breuiter de singulis donis in se/ aliqua tāgenda sunt. Et priō de dono timoris. vbi priō dicit. Quid sit timor. De inde dicit sunt ei spēs. Et q̄ eaz sit donum

### Quid sit timor et quot sunt eius species.

Timor s̄m August. sup Johā. sic diffinitur. Timor est fuga animi: ne perdat quod diligit

Idē in li. de ci. dei. Timor est affectio vel amor fugiēs quod ei aduersat. Species autē timoris ponūtur. vi. Est enim timor mūdan⁹. hūan⁹. naturalis. seruilis. inicalis. filialis. Timor mūdan⁹ est q̄s timet amittere que mūdi sunt z iō nō peccat si ea amittat. Humanus est quo q̄s ex deliberatiōe tm̄ timet penā sui corporis.

Naturalis est quo q̄s naturalr̄ timz morte siue horribile aliquid añ deliberatiōez rōnis. q̄ timor viciōsus non est sicut duo priores. Seruilis est q̄ quis offendere timet tm̄ ne incurrat penā gehēne. Iste alitū hz vtilitatē. qz frequēter itroducit caritatē sicut fera itroducit filiū sutoris vt phibet August. Inicalis est q̄ q̄si duplicē habet oculū seu respectū. vnū ad filiā pene. aliū ad amorē glorie. Seruit ei deo prim timore gehēne. prim amore glorie vel iusticie. Filialis siue castus est q̄ timem⁹ ne xps aie nostre spōsus aut taret aut discedat. aut aliq̄ten⁹ offendat. hic est timor sc̄tus q̄ pmanet in seclm̄ seculi. qui alio noie dicit reuerēntialis. Quis at timor istoz sit donū spūs sancti prz qz nec timor mūdan⁹. nec timor human⁹ q̄ simpliciter mali habent. nec naturalis. qz donū est quidē diuinit⁹ infusus. nō innat⁹. timor vero natural⁹ innat⁹ est. Nec filialis timor. pprie tm̄ sumēdo donū nisi genera-

liter sumeretur. sicut generalr̄ dicit donū de oibus que datur a deo. z sunt supra naturā ad ordinādū aliquo mō vitā in bonū gratie. sicut z fides informis dici potest donū dei. S; inicalis timor. z cast⁹ siue reuerēntialis pprie dicit donū spūs sancti. Cōcedunt tm̄ aliq̄ simplicit̄ qz timor filialis sit donū spūs sancti. z tm̄ negat qz fil̄ insit cū spūs sc̄to/ qz qualiter esse possit nō video.

### De secundo dono

spūs sc̄ti scilz dono pietatis.

Equit de dono primo qui est in ascendendo scz de dono pietatis. Vbi priō videndū qd sit quot modis dicat. z s̄m quē modū sit donum spūs sancti. Diffinit autē sic pietas. ab Aug. Pietas est cultus dei quā greci eusebiā vocāt. Itē greg. sup iob. Pietas est que docet op̄mie. Sc̄dm tullū in fine primi sue rhetorice Pietas est beniuolentia in parente. Magistralis vero diffinitio hec est. Pietas est ex benigne mētis dulcedine omnibus auxiliatrix affectio

Quot modis dicat

Itē autē pietas (tur pietas multis modis. Quāqz mot⁹ ip̄suis affectōis tendēs in deū. et sic dicit pietas cultus dei. z sic est in genere virtutis q̄ est latris. Quāqz dicitur motus affectōis tendēs in ei⁹ imaginē. s. in hoiez. z h̄ p̄t eē triplicit̄ vel ille motus affectōis tēdit in imaginē dei q̄ est si b̄ipsi p sanguinē cōiuncta z sic ē beniuolentia in parētes z est spēs iusticie naturalis. Quāqz etiā dicit affectio tendēs i imaginē dei. i. in hoiez tāqz miseris opp̄suz z sic pietas est q̄ docz opa misericordie vt dicit Greg. z sic pot⁹ virt⁹ est q̄s donum. Quāqz etiā est affectio tendēs in imaginē dei nō quidē inq̄stū est sanguine p̄iūcta v̄l miseris opp̄suz vt sic. s; motu qdē generalr̄ scilz inq̄stū est imago dei. hoc inq̄stū est rōnalis creatura. Et tūc pprie dicitur donum spūs sc̄ti qd̄ habilitat z expeditū redit hominē ad h̄ndū se beniuolētem seu beniuolū/ ad rōnalem creaturā. s. ad quē liber hoīem siue indigentē siue non indigentē. Et sic maxime ei cōuenit ista diffinitio magistral⁹ prius posita. Sc̄dm primū modū diffinit ab Augusti. iuxta s̄m modum diffinit a tullio. Sc̄dm tertium

# Compendiū theologie

modum diffinita Grego. Et fm q̄rtum modum diffinita magistris quia illo mō est proprie donum spiritus sancti.

## De tertio dono

**E** spiritus sancti scilz de dono scientie.

**D**e dono autē scientie duo vidē da sunt scz quid sit. Et in quo differt a dono sapiētie. a q̄ fm August. distare non videt. P̄n scientia proprie donū est sic diffinit. Scientia est lumen spūale/acceptū a deo/in q̄ videtur rationes opabilium/ptinētū ad vitam.p. quas sancte et meritoze viuam⁹ sicut dicit ap̄lus ad Titum. ij. Abnegantes omnē impietate et secularia desideria sobrie et iuste viuamus in hoc seculo. Un̄ sicut fides est illuminatio quedā ad credibilia. ita donum scientie est illuminatio q̄dam ad operabilia.

## In quo differt do

**D**num scientie a dono sapientie. Scit autē in hoc a dono sapientie differre qm̄ sapientia est cognitio quedā diuina/p. gustū. scientia autē est lumē quoddā diuinū ad opabilia ptinētia ad hanc vitā. Un̄ sicut dicit magister in li. sentē. Scientia docet bene cōuersari in medio hui⁹ prae et per uerse natōis. Et hoc satis videtur cōsonare verbis August. qui dicit q̄ sapientia est de eternis. Scientia vero de temporalibus.

## De quarto dono

spiritus sancti scz de dono fortitudinis

**P**ost hec de dono fortitudinis duo etiam dicēda sunt scilicet quid sit et qualiter differt a fortitudine. p. ut fortitudo est virtus.

## Quid sit fortitudo

et quō differt a fortitudine. put est virtus.

**S**ecundum autē q̄ fortitudo est donū sic notificat. Fortitudo ē affectio animi q̄ cupiditas terrena deprimat. nullaq; aduersitas formidat. Et videt hec notificatio sumi ex verbis August. in li. de spiritu et anima et in. v. li. sue mus. Differt autē a fortitudine prout est virtus. licet ytraq; sit circa difficile et arduū. Quoniam fortitudo. p. ut est virtus/sustinet piculū. q̄ndo scz ne

cesse pati vel a bono virtutis cedere. sicut quādo q̄ritur fides vel iusticia. vel libertas patrie vel huiusmodi. Sed fortitudo. put est donū se gratis et ex abūdanti illi statui offert. in quo talia sepe q̄runt et est status p̄fectōis cōsilioz. Si autē dicatur q̄ fm hoc nō haberēt donū fortitudinis nisi tantū p̄fecti. et q̄ sic habita vna gratia gratificāte nō omēs haberēt. Dico q̄ nō est vtrū nec ex p̄dictis seq̄tur. qm̄ p̄fecti istud donū habent in actu. omēs vero in caritate existētes habent in habitu. Unde qui imp̄fectus est/habet in habitu. Un̄ opus p̄fectōis facere p̄t q̄ vult.

## De quinto dono

spiritus sancti scz de dono cōsiliū. et qd sit.

**D**istremo de dono cōsiliū dno similiter videnda sunt scz qd sit. Et qualiter sit donū cū in christo videat nō fuisse. in quo ta-

men sunt et fuerūt omnia dona. Diffinitur autē sic a Tullio in rhetorica sua. Cōsiliū est/faciendi vel nō faciendi vere cogitata ratio. Sed hec diffinitō nō videtur cōuenire cōsilio. put est donū/ideo aliqui corrigūt eū sic. Cōsiliū est faciendi vel nō faciendi vere excogitata ratio. eaz scz rerum in quibz p̄pter arduitate indiget q̄s adiutorio. Unde cōsiliū prout hic sumitur/nō est de dubio sed de arduo ad quod p̄pter difficultate nō omēs tenētur. De reliquo dicit q̄ isto mō vltimo cōsiliū est donum. et quod verissime hoc donū fiet in xpo sicut et cetera dona fuerūt semp erūt. Unde cōsiliū fm q̄ ponit dubitatem et circa eā q̄rit ab alijs certificatiōez nō fuit in xpo q̄ certissime oia nouit qz nec sic est donū spūsc̄i. Scz cōsiliū qd est lumē immisillum a spūsc̄o/oia dubia dissoluēs/et indubitāter in aggressionē arduoz dirigēs/q̄ de ad statū p̄fectōis prinere. p̄palaui/sic est donū. Et isto mō fuit in xpo.

## De sexto dono spi

ritus sancti scilz intellectus.

**E**quitur de dono intellectus. Circa quod attende. et primo qd sit. deīn q̄lit differt a sapia. Diffinit at sic ab Aug. i fmōe qdā suo de timore. Intellect⁹ vocatur q̄ ab oī ifirmitate carnali corda mūdātur. vt pura intētio dirigatur in finē suū. s. deū. Et in-

Intellectus quoddam lumen spirituale infusum ad cognitionem dei in creaturis. Differt autem a dono sapientie. quia sapientia est cognitio per gustum. Est enim quoddam lumen sub quo vel in quo videntur et gustantur divina per experimentum. Unde sapientia prout est donum est proprie gustus dei in donis suis. Intellectus autem non est per gustum sed potius est lumen quoddam datum a deo ad cognitionem dei in creaturis illis in quibus resultat deus per gratiam. Vel in illis in quibus habet resultare per gratiam et gloriam. Unde intellectus est donum quo gratuite cognoscimus dispositiones celestium. per eas quibus tendimus in deum sic disponentem.

De septimo dono spiritus sancti sapientie. et quid sit.

Quis de dono sapientie dicitur? Et quoniam ex superius dictis in parte patet quod sit. et qualiter se habet ad donum scientie et ad donum intellectus. ideo sufficit hic ponere eius notificationem. Secundum autem augustinum. sic diffinitur. Sapientia est cognitio rerum divinorum. Item ex littera in libro sententiarum. Sapientia ad solius eterne veritatis contemplationem et delectationem pertinet. ipsaque tantum creator conspicitur et quod semper incommutabiliter manet quod deus est. Ergo. sic diffinitur. Sapientia est donum spiritus et certitudinis eternorum. mentis reficiens. Que diffinitio dicit operationem eius propriam. que est mentem per gustum reficere. quod sonat nomen eius. Sapientia enim a sapore dicta est.

Quo per septem dona spiritus sancti. excluduntur septem vicia capitalia.

Primo dicendum est capitalia. qualiter per septem dona excluduntur septem peccata capitalia. Et sciendum est quod timor quia per eum quis se deprimat. ne super alium se extollat. excludit superbiam que super alios se extollit. Pietas que sibi illatas remittit iniurias. et pellit iram que vindicari querit. Scientia que mentem illuminat. euacuat invidiam. que mentem excecatur. Fortitudo que excellit in arduis. pellit accidiam. que torquet in imis. Consilium quod docet pro transitoriis et non mercari. remouet auariciam que in terrenis pro terrenis tantum querit negociari. Intellectus quo vere delectamur in bonis spiritualibus. excludit gula. que vane et miserere delectatur in carnalibus. Sapientia per quam pure delectamur in deo extirpat luxuriam qua quis impudice in suo misero corpore delectatur.

Explicit tractatus sextus huius compendii de septem donis spiritus sancti.

Incipit tractatus septimus de octo beatitudinibus et earum explanatione.

Incipit breuiter restat aliquid de octo beatitudinibus dicere. Et primo quid dicatur beatitudo. scilicet an ipsa virtus. an id quod promittitur. ut gratia exempli respectu eius quod dicit christus. Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum. an beatitudo sit ipsa paupertas vel promissio regni. Qualiter se habeant ad dona et ad virtutes. Quare vltime beatitudini idem premium reddatur sicut prime. Deinde de quibuslibet beatitudine in se quid sit et qualiter et cum quo dono conuenit et cui vicio capitali contrarietur.

Quid dicatur beatitudo an. scilicet ipsa virtus vel id quod promittitur.

Sciendum est autem quod beatitudo duplex est scilicet vite et patrie. Beatitudo autem vite consistit in perfectione euacuatoe vniuersalium miserie. scilicet culpe et quod ad eentiam. et quod ad occasiones. An quod iste virtutes de quibus infra euacuatur culpa et culpe occasiones. disponuntur ad beatitudinem patrie. ideo dicitur perierunt dicuntur beatitudines. Beatitudo autem patrie consistit in omnimoda euacuatoe vniuersalium miserie. scilicet culpe et pene. Et isto modo dicuntur proprie beatitudines prima per dictas virtutes inuentia. Sic est illud. ipsorum est regnum celorum. Vel illud ipsi saturabuntur. etc. Et sic varia ratio et consideratio poteris dicere quod virtutes ille sunt beatitudines. Et quod si prima eis commendantur beatitudines sunt.

Qualiter se habeant beatitudines ad dona et ad virtutes.

Qualiter autem se habeant iste beatitudines ad dona et ad virtutes. hoc scito quod secundum glossam

# Compendiū theologie

sup isto passu **M**ath. v. p. virtutes ad dona/ et p. dona ad beatitudines puenitur. **U**nde virtutes/ dicūt in icū opatiōis bo ne z euacuatiōem culpe quo ad essentiam. **D**ona autē dicunt bonū z expeditū pro gressum. quia donū/ expeditū reddit actū virtutis vt expedit opetur. **B**eatitudines autē dicunt cōsummationes siue terminū quaten⁹ in vīa haberi potest. ita vt omnē culpā euacuet z omnē culpe delectatiōem. **E**t bonū delectabiliter opetur quantū fa cere possibile est viatori. **E**t ideo dicūtur iste beatitudines/ virtutes purgati animi. **Q**uia scz animā purgant/ vltima purga tione viatori possibili.

## Quare vltime bea

titudini idē redditur premiū sicut prime

**U**ltime autē beatitudini idem premiū reddit quod z p. sic sed nō eadem ratōne. **Q**uia regnū celoz duo in se cōprehendit. s. exaltatiōem z abundantā. **I**n beatitudi ne autē que p. ma ponit/ que est paupras spūs ē summa rez abdicatio siue abiectō z ideo p. mittit ei regnū in quantū dicit abūdantiā. **I**n beatitudine vero que vltima ponit/ que est p. secutiōem pati propter iusticiā. est summa deiectō z ideo pro mittit ei regnū in quantū nominat exalta tiōem. **U**nde quāuis regnū celoz omnibus beatitudinib⁹ debeat. istis tamē solum p mittitur. quia p. quandā appropriatiōem istis magis debetur.

## De beatitudinib⁹

in speciali. **E**t cum quo dono cōueniant

**N**unc attendendū est ad aliqua rem singularē determinationē. **P**rima igitur virtus seu beati tudo est paupertas spiritus que adaptat dono timoris. **E**t expellit supbiā cui con trariat eo q. paupertas spiritus/ vera hūili tas sit. **Q**uia beatitudini in premiū p. mit titur regnū celozum. **E**t nota q. paup ras hic dicit abdicatio tempaliū fm rem z fm voluntatē. **Q**uia cū beatitudines p. sectā dicant peccati exclusiōem. tam quo ad peccati essentia q. quo ad peccati occa sionē. cum abdicatio solū fm voluntatē/ nō sit euacuatio p. fecta occasiōis pecca ti. quia est alia vtilior que magis occasio

nē peccati euacuat/ scz illa que est fm rem z fm voluntatē. patet q. illa prima est p. prie beatitudo.

## De secunda

**S**ecunda virtus seu beatitudo est mititas sine mansuetudo q. cōgruit dono pietatis z expel lit iram. q. mitis est quē ira vel rancor nō afficit. **C**ui respondet in p. mium possessio terre viuentiū.

## De tertia

**T**ertia virtus seu beatitudo est luctus/ qui est dolor animi caritate iformatus q. facit cogno scere miseriā propriā z lacrima bilem p. nitis vite statū z delectatiōem fu ture glorie que sufficiens causa luct⁹ sunt. quē dolorē inducit sciētie donū. **Q**ui enī addit sciētiā istā scz addit z dolorē. **C**ui pro p. mio respondet eterna consolatio in qua absterget deus omnē lacrimā ab oculo sanctoz. **E**t iam nō erit ampli⁹ neq. lu ctus neq. clamor zc. **E**t hec euacuat inui diam que dolet de bono alieno z letatur de malo. hec autē beatitudo ecōuerso. **E**t quāuis luct⁹ ipse miseriā quedā videat cōgrue tamē beatitudo p. pter sibi annexā dulcedinē dicit/ eo vt dicit **B**rego. dulcior res sunt lacrimae penitentiū q. delitiae regū. **E**t **A**ugust. li. cōfessio. **T**urrebāt lacrimae z bene mihi erat cum illis.

## De quarta

**Q**uarta virtus seu beatitudo est esuries z sitis iusticie/ que do no fortitudinis adaptat. q. est in sustinendis piculis p. iusti cia z fide. **Q**ue expellit tediū boni hoc est acediā. **C**ui rōdet p. p. mio etna saturitas

## De quinta

**Q**uinta virtus seu beatitudo ē misericordia. **Q**ue appropria tur dono cōsilij. qd. docet alijs dimittere minora/ vt nobis dimittat ma iora. vel p. ferre terrena vt obrineam⁹ cele stia. **H**ec expellit auariciā cuius p. priū est cōgregare z non remittere vel p. ferre. **P**re miū autē huic b. titudini rōdes est cōsecu tio misericordie.

## De sexta

**S**exta virtus seu beatitudo est mundicia cordis. cui convenit donum intellectus qui est cogitatio celestium oculorum cordis mundans et illuminans. Hac eliminat gula que corrumpit et execat cor. Unde **De** quarto fornicatio et vinum et ebrietas aufert cor. **P**remium huic beatitudini respondens est visio dei.

**De septima.**

**S**eptima virtus seu beatitudo est pax seu esse pacificum. Cui respondet donum sapientie que est delectari in deo que est pax nostra. **H**ec repellit luxuriam que animum non pacificat sed vagum reddit et instabilem. Cui correspondet premium esse filium dei.

**De octava.**

**O**ctava virtus seu beatitudo que est pati persecutionem propter iustitiam clarificat et ostendit quoddam factum habens respectum ad singula precedentia. **E**t per quod omnes alie beatitudines ab ultima usque ad primam probantur si vere sunt. **U**n **B**reg. Qualis unusquisque apud se lateat illata et humilia probat. **E**t hinc est quod beatitudo ipsi facto primo respondens quod idem est cum premio per beatitudinem promissio redire dicitur ad caput tanquam circulus perfectus et omnes beatitudines ambiens et comprehendens. **D**e virtutes seu beatitudines tanguntur **D**atb. v. **B**eati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. etc.

**Unde accipitur numerus seu sufficientia beatitudinum.**

**N**umero vero beatitudinum numerus et sufficientia secundum integritatem perfectionis hominis accipitur. **A**d perfectionis autem integritatem requiruntur tria. scilicet recessus a malo perfectus seu progressus in bono. et perfectus statim in optimo. **S**ane respectu primi malum procedit aut ex timore superbie. aut ex rancore malicie. vel ex languore libidinis seu concupiscentie. **C**ontra que tria sunt seu sumuntur tres prime beatitudines scilicet paupertas spiritus contra malum tumoris superbie. **V**irginitas contra malum rancoris malicie. **L**uctus contra malum languoris libidinis seu concupiscentie.

**R**espectu vero secundi perfectus seu progressus in bono attenditur circa divinam imitationem que est duplex secundum duas vias quibus intendi potest scilicet misericordiam et veritatem. **D**e quibus in psalmo. **U**niversa via domini misericordia et veritas. **E**t secundum has duas vias sumuntur due alie beatitudines. scilicet respectu veritatis est iusticie. et respectu misericordie affectus misericordie. **R**espectu autem tertii perfectus statim in optimo attenditur in duobus scilicet in limpida cognitione et in tranquilla affectione. **E**t secundum hoc sumuntur due alie ultime beatitudines. scilicet respectu limpide cognitionis mundicia cordis ad deum videndum. **E**t respectu tranquille affectionis pax mens ad deum perfecte fruendum. **E**t adverte quod sicut in enumeratione donorum iuxta quod supra tractatu de donis declaratum est. est ordo quidam artificialis quo primo loco ponuntur et enumerantur digniores. ita in enumeratione beatitudinum est ordo quidam naturalis quo digniores ultimo loco ponuntur.

**E**t supradictis colligitur quod habitus virtutum cardinalium principaliter disponunt ad exercitium vite active. **H**abitus vero donorum maxime disponunt ad actus vite contemplative. **H**abitus autem beatitudinum disponunt ad perfectionem vitamque.

**Finis tractatus precedentis.**

**Incipit tractatus viii. et finalis de viciis nature et voluntatis**

**I**n finalibus aliqua de viciis summam tangere convenit. **E**t quia sunt vicia nature. et vicia voluntatis. tangitur primo aliquantulum de viciis nature. **E**t deinde de viciis voluntatis.

**De numero et sufficientia vicioz nature.**

**V**icia autem nature quantum ad huiusmodi compendium attinet satis erit enumerare. que sunt septem scilicet **E**xtollentia seu presumptio. **V**irginitas. **A**miditas. **P**ecipitatio. **H**ebetudo. **S**tulticia. que numerus siue sufficientia habet de

## Compendiū theologie

se satis clareat. nā repibile non videt vici-  
um nature aliō a p̄dictis vel qđ saltē ad  
aliquid p̄missōz nō sit reducibile. p̄ op-  
positōem tñ ad septē dona sp̄s sancti/ su-  
mūt aliqui numerū z sufficiētiā ip̄sōz  
vicioz nature. **T**enē tres anime sunt vi-  
res seu potētiē. s. cōcupiscibilis irascibi-  
lis z rōnalis. q̄ q̄si cōtinue in suis virtuo-  
sis actibus z opatōibz/ p̄ ipsa vicia que  
nature et sua corruptiōe ū sunt/ varijs mo-  
dis impugnat z impediunt. cōtra que cū  
septē sunt. data sunt in adiutoriū septem  
dona sp̄s sancti q̄ lumina quedā siue lux  
diuinitus inspirata z infusa ad efficacit̄  
tam cōtra ipsa septē vicia nature q̄ vicia  
alia volūtatis et tentatōes. viā iam habi-  
te virtutis impugnatēs/ resistendū. libe-  
riusq; z expedit̄ ipsos actus virtutū cre-  
q̄ndū. **D**e vicijs nature circa vim con-  
cupiscibile. **C**irca igit vim seu potētiā  
concupiscibile repitur vitiū nature retrahens  
a debite cōpatiēdo z subueniēdo  
p̄mo. quod vocat duricia. **C**ōtra quod  
dispoit donū pietatis. **D**e vicijs nature  
circa vim irascibile. **C**irca vero vim seu  
potentiā irascibile duplex repitur viciū  
nature. **U**num immoderate retrahēs ab  
agēdis quod vocat timiditas cōtra qđ di-  
sponit donū fortitudinis. **A**liō immodera-  
te accedēs qđ vocat presumptio. **C**ōtra  
qđ disponit donū timoris. **D**e vicijs na-  
ture cōtra vim rōnalē. **C**ōtra vim autē  
seu potentiā rōnalē duplex cōtingit vi-  
ciū nature. scz vel respectu finis. vel respe-  
ctu eoz que sunt ad finē. **S**i respectu fi-  
nis duplex repitur nature viciū. **U**num  
impediēs ne cognoscat qđ vocat hebetu-  
do. p̄tra quod disponit donū intellectus  
**A**liud retrahēs ne anim⁹ ad ip̄m finē de-  
bite afficiat qđ vocat stulticia. p̄tra quod  
disponit donū sapiētiē. **S**i respectu eozū  
que sunt ad finē duplex similit̄ nature vi-  
ciū repitur. **U**nū impediēs ne sciat qđ ad  
p̄secutōem finis expedit quod est igno-  
rantia cōtra quod disponit donū sciētiē.  
**A**liud quo qđ in his que agēda sunt ma-  
gis ex passionis impetu q̄ ex debita ele-  
ctione ducit quod est p̄cipitatio cōtra qđ  
disponit donū p̄silij. **Q**uibus cōtrarien-  
tur ipsa nature. **C**ōtrariāt etiā ista septē  
nature vicia singula scz singulis virtuti-  
bus. singulis oratōnis dñice petitiōibz  
z singulis beatitudinibz z cōueniūt cum

septē principalibz seu capitalibz vicijs vo-  
lūtatis. **D**ō clarius ex tabula in fine hui⁹  
tractat⁹ posita cōcipi poterit z perpendi.

### De vicijs volūta- tis seu de malo culpe in generali.

**D**e vicijs volūtatis id est de ma-  
lo culpe seu de peccato/ oppoz-  
itū foret z vtile/ specialē z lō-  
gum tractatū subiungere. sed cū  
pluribz notabilibz hec sint diffuse expla-  
nata/ sufficiet interim ad p̄ntis cōpendij  
p̄cessum cōtinuandū/ eiusq; cōplemētū  
summatim dicere. quid sit p̄ctm̄ in genere.  
Quoties sit siue quot sunt ei⁹ genera. **D**e  
iñ veniēt aliq̄ de qlibet genere explanāda

### Quid est peccatū

in genere. z quomodo diffinitur

**P**eccatū autē in genere sic diffi-  
nit. **P**eccatū est auersio ab in-  
cōmutabili bono ad bonū cō-  
mutabile. **Q**uā diffinitōez sic  
intellige. **P**eccatū est auersio scilz volun-  
tatis. quia pp̄rie z p̄ se talis auersio est pec-  
catū. ab incōmutabili bono scilicet deo. q̄  
omnino incōmutabilis est. **H**ec est auer-  
sio aliō q̄ discōformitas volūtatis create  
a volūtate diuina. qđ est in omni peccato  
vbi aliqd vult voluntas create quod nō  
vult deus. **S**eq̄tur ad bonū cōmutabile  
supple cōuersio scz ad bonū creatū quod  
cōtinue mutat vel saltē mutabile ē. **E**t  
licet peccatū in sui diffinitōe duo conti-  
near scz auersionē ab incōmutabili bono  
z cōuersionē ad cōmutabile bonū. essen-  
tialius tamē p̄ctō est/ p̄mū q̄ scōm. **S**i  
enī fuerit cōuersio ad creaturā/ ita tamen  
q̄ nō fieret auersio a creatore. sicut cōtin-  
git quādo qđ amat creaturā p̄pter deum  
tantū. tūc nō fieret p̄ctm̄ immo in isto ca-  
su meritoze fieret. **L**icet plures alie sint  
diffinitōes peccati/ nō tractat nisi de vna.  
**P**lures alie a doctoribz assignātur pecca-  
ti diffinitōes fm causas efficiētē mate-  
rialem. z formale ipsius peccati. **S**ed q̄s  
tum ad p̄ntē tractatū attinet/ supradicta  
diffinitio que fm causam finalem pecca-  
ti sumitur/ sufficiat.

### De duplici diuisi- one peccati in genere.



**P**ures etiā a doctoribus assi-  
gnant peccati diuisiones fm di-  
uersas peccati causas et origines  
Quantū vero ad pntem tracta-  
tū sufficit de duab' peccati diuisionibus  
principalit' tangeat. Et primo de vna que  
sumit fm quandā peccati qlitate et quanti-  
tate. Scdo de vna q' sumit iuxta peccati  
cām materialē. **R**espectu p'ie diuisionis  
tria p'cipalia repiunt genera peccatoꝝ.  
quia omne peccatū aut est originale aut ac-  
tuale. Si actuale hoc itez est dupliciter.  
Quia aut est mortale aut veniale.

### De peccato origi-

nali et quid est.

**O**riginale autē peccatū est illud  
quod a nostra viciosa origine  
trahimus. Et est auersio qdam  
habitualis a deo qua aīa prona effecta ē  
nō reddere iusticiā quā debet. **U**nō omnes  
fere doctores respectu effectus ipius pec-  
cati originalis cōsonant in ipam auersio-  
nē habituale fm August. **H**ugo de san-  
cto victore dicit q' originale culpa/est cor-  
ruptio seu viciū quod nascendo cōtrahi-  
mus p' ignorantia in mēte et cōcupiscen-  
tiā in carne. **A**lij volūt q' originale cul-  
pa/sit necessitas cōcupiscendi cū debito  
nō cōcupiscendi. Et ponūt exēplū de ra-  
dio cōtignato aque. q' mouet' ex mota et  
quiescēte q'efcit. Et hoc patz' ex cōtignatō-  
ne sui cū aqua. **U**nō cū maior sit vnio aīe et  
carnis q' in casu p'dicto radij et aque. cuz  
caro de se valde mobilis sit ad cōcupiscē-  
dum. aīa eo ipso q' tali carni vnita est ha-  
bet statū talem quandā necessitatē cupi-  
scendi. **L**um igit' caro puuli cui infundit'  
anima/ p' peccatū p'imi hominis ad cōcupi-  
scendū sit mobilis. inerit ipsi anime iam  
illi carni vnite necessitas quedā concupi-  
scendi. nec potest anima ipsa illā carnem  
seu sensualitatē cohibere. sicut aīa ade aīā  
peccatū potuisset q' habuit p'tatem super  
sensualitatē et etiā libertatē cōcupiscendi  
vel nō cōcupiscendi. **P**atet igit' q' per  
peccatū et post p'ctm' p'imi hominis iest  
aīe duplex necessitas. **U**na nō possendi  
sensualitatē retinere seu cohibere. et alia  
necessitas cōcupiscendi. Et p'ia est qdā  
necessitas nō valendi facere qd' debet. et  
secunda est quedā necessitas faciendi qd'  
nō debet. Et ita inest ei carentia vtriusq'

ptis iusticie. que sunt declinare a malo et  
facere bonū. **E**t quo patet q' p'ctm' ori-  
ginale. et est in carne et est in aīa. sed in car-  
ne originaliter et materialit'. In aīa vō for-  
maliter et tanq' in subiecto. **S**ola enī aīa  
est susceptibilis virtutis et vicij. et tū sicut  
dictū est ex cōiunctōe ipsi' ad corp' p'ra-  
bit vitiū illud. sicut qn' quis cadit in lutū  
feda' et maculat'. **T**alis autē aīe infectō  
nō tantū est pena sed est etiā culpa. ipave-  
ro culpa q' macula est deletur i baptismo  
Pena autē q' fomes siue peccadi p'ntas  
appellat' remanet post baptismū. **S**ic ei  
in baptismo curat' culpa quantū ad rea-  
tum dānatōnis eterne. sed nō quin rema-  
neat ipsa pena quantū ad motū et actum  
cōcupiscētie. cum qua oportet nos q'sdū  
viuim' pugnare. nisi extinguat' cōcupiscē-  
tiā per specialē gratiā. sicut in beatissima  
virgine in cōceptōe filij dei. **O**rigina-  
le etiā p'ctm' sic in hoīe p' baptismū curat'  
q' nihilomin' ab eo q' curatus est/ trāsmi-  
tatur in plenā quā generat. sicut iude' cir-  
cūscisus generat filiū cū preputio. et gra-  
num nudū et purū seminatū/ p'creat gra-  
num cū palea. **Q**d hinc est q' hō non ge-  
nerat filiū fm q' in mente curatus est sed  
fm quod in carne.

### De nominib' pec-

cati originalis fm q' opatur ad animā.

**O**riginale peccatū diuersis i sa-  
cra scriptura noībus. multipli-  
cibus de causis noīat'. **S**ecū-  
dum enī q' originale p'ctm' cō-  
patur ad aīam/ vocat' qn'q' infirmitas. qz  
reddat aīaz ipotentē ad resistēdū motib'.  
**Q**n'q' vocat' feditas. qz p' ipam aīa macu-  
latur. **V**ocat' qn'q' p'ntas. ppter p'nuam  
appetitus inclinatioez ad malū. **V**ocatur  
qn'q' corruptō. qz ad nihilū ducit et p'ctm'  
**V**ocat' qn'q' vitiū. qz est diminutō bono-  
rū naturalium. **V**ocat' qn'q' lāguoz nature  
qz durat i natura corrupta. **P**abz etiā  
noīa fm qd' compaf' ad corp'. **V**ocat' enī  
qn'q' let' carnis. eo q' lege dīna sit carni i-  
ficta. **U**nō qn'q' let' mēbroꝝ vocat'. qz mo-  
uet organa ad opatōez cōcupiscētie. **V**o-  
cat' qn'q' tyrān'. ppter dīnationē quasi vio-  
lentā in ipsa cōcupiscētia. **V**ocat' qn'q' fo-  
mes. qz sicut ignis fouet ignē. ita p' ipz fo-  
uet in carne p'ctm' fm act' generatiue et nu-  
tritiue. **V**ocat' qn'q' stimul' carnis quia

# Compendiū theologie

stimulat carnē ad primos motus. et ani-  
mū ad cōsensum. **H**abet quoque nomina  
sūm quod cōparatur ad actus delectabiles.  
Et sūm hoc vocatur cōcupiscētia que so-  
nat viciū in actu prout est in adultis. **T**er-  
cōcupiscibilitas que sonat viciū in potē-  
tia prout est in puulis. **H**abet etiā no-  
men sūm quod comparatur ad primū hoīez  
a quo cōtrahitur. et sic vocatur originale.  
quod est carentia debite iusticie.

## De peccato actua

**D**icitur mortali et circa ipm in generali occurrē  
Circā peccatū ā actua (tribus  
le mortale aliqua sunt videnda  
primo qd sit. Secōdo de diuer-  
sis eius noibus seu appellatōi-  
bus. Tertio de huius peccati effectibz. Quar-  
to de diuersis eius generibz seu diuisiōi-  
bus. Quinto de quolibz septem peccato-  
rum capitaliū ac eorum filiabus seu spe-  
ciebus/aliquid in speciali declarabitur.

## Quid sit peccatū

actuale mortale in spēali et quō diffinit.

**P**eccatū igitur actuale mortale/  
sic diffinitur sūm August. Peccatū  
est dictū vel factū vel cōcu-  
pitū/pra legē dei. Et ponitur  
in dicta diffinitōe dictū ppter pctm oris.  
factū ppter pctm opis. cōcupitū ppter pec-  
catū cordis. **D**iffinit et aliter sūm eūdē  
August. Peccatū est volūtas retinēdi fa-  
ciendi vel cōsentiēdi quod iusticia vetat.  
**I**nsup sciendū qd pctm proprie nō est  
substātia vel res aliq sed defectus et corru-  
ptela. **C**irca qd tamen aduertendū ē. qd  
aliō est peccati actus. aliud est peccati habi-  
tus. aliud peccati reatus. Peccati actus ali-  
qd est. sed qm nō ampliū sit. desinit eē. etiā  
sine grā. **S**ed peccati habitus qd ex malis  
actibz relinquitur/ etiā aliqd est et remanet  
interdū cessantibz etiā ipsis actibz. ac etiā  
post infusam grām peccatiqz remissionē.  
Peccati vero reatus siue macula/ sūm rem-  
nihil est. deformat tamē aīaz: nō p modū  
positōis sed p modū. priuatiōis sicut trū-  
catio mēbz p modū. priuatiōis cor. p defor-  
mat et maculat. **D**icit etiā Augu. qd sicut  
abstinētia nulla substātia vel res est. et tū  
ex ea cor. p languescit. ita pctm nō est aliq  
substātia vel res. ex eo tū natura minuit et  
corruptiō. delect tū semp p grām. **N**otan-

dum p̄terea qd pctm. qm̄qz trāsīt actu et re-  
manet reatu. sicut pctm actuale actu con-  
pleto an̄ penitētiā. **Q**uōqz ecōtra pctm trā-  
sit reatu et remanet actu. sicut in pctō ori-  
ginali p̄ baptismū. **Q**uōqz trāsīt pctm actu  
sūm et reatu. sicut pctm actuale actu pple-  
to et p̄ penitētiā. **Q**uōqz pctm remanz ac-  
tu et reatu sic pctm originale an̄ baptismū.

## De diuersis nomi-

**D**icitur peccati actualis mortalis  
diuersis frequēter noīb? pecca-  
tū ipm mortale p̄ doctores no-  
minat sūm diuersas eius pprie-  
tates et opatōes et effectus. **V**ocat enī qm̄qz  
macula. et hoc idē qd imaginē dei deformat  
et maculat. **V**ocat qm̄qz reatus. qm̄ ad eter-  
nā penā obligat. **V**ocat qm̄qz pollutio et  
hoc qm̄tū ad p̄ragionē p̄tractā. et terrena  
delectatōe. **V**ocat qm̄qz delictū et hoc sūm  
qd est recessus a dignitate grē habite. **V**o-  
cat qm̄qz culpa. et hoc prout respicit penā  
quā meret et incurrit. **V**ocat qm̄qz offensa  
et hoc est qd contra deū est et p̄tra deū facit.  
**V**ocat qm̄qz p̄uaricatio et hoc in qm̄tū mā-  
datū dei respicit qd trāsgrēdiēdo p̄uarica-  
tur. **V**ocat qm̄qz pctm put cōuersio fit ad  
bonū et mutabile cū auersione a bono in  
cōmutabili. **V**ocat qm̄qz scel? p̄opt ma-  
gnā iniuriā qd peccando deo fit. **V**ocatur  
etiā quandoqz nefas put est illicitū perso-  
ne perpetrātū. **V**ocatur etiā quandoqz cri-  
men prout est dignū accusatōne et pena.

## De diuersis effe-

**H**abet peccati actualis mortalis  
diuersi modi autē peccati/ multi-  
plex sūm doctores repit effectus.  
sed qm̄tū p̄ntē p̄cernit tractatū  
satis erit aliqz enūerare. **U**n? effectus. **E**t  
p̄rio naturalia vulnerat. qd signat in illo  
qd iuxta euāgelīū descēdēs ab hīrlm i hie-  
rico incidit in latrones. **A**li? **I**ntelle-  
ctū obscurat in cognitōe veri. et affectū te-  
pescere facit i ope boni. **A**li? **B**ratui-  
tis spoliāt. ne tū bonū aliqd pereat. bona  
opa qd qz peccādo mortificat/ alijs iuxta  
dispensatiōem dei elargiēnt saluādis.  
**A**li? **A**īam maculat. ad penā eternam  
obligat. et sciam amaricat. cor indurat.  
**A**lius **N**oiem quasi insensibile reddit  
Exēplo canis submergēdi qd lapidē i col-  
lo suo nō sentit. donec ab eo in fundū aq

trahitur. **Alius** Animam occidit. quia deo qui vera vita est. priuat. **Alius** Ad alia peccata trahit. **Un** Greg. Peccatum quod per penitentiam non diluit. suo potere ad alia trahit. **Alius** Bona que in peccatis sunt. infructuosa et quantum ad meritum quantum ad premium reddit. **Alius** Ex homine quendam effectiue infirmum facit. Nam in peccatore est ignis auaricie. fetor luxurie. tenebre ignorantie. vermis conscientie. sitis concupiscentie. et demones per effectum et huiusmodi. **Alius** Vacuum hominem tandem relinquit. et merito quod mundo adherentia. sugunt verba ardentia. Fallendo decipit sicut esca in hamo vel lignum putridum de nocte lucens. **Alius** Hoicem vere stultum demonstrat. seruicendo scilicet illi qui ipsum torquet et tandem torquetur. Componendo quoque et congregando supra se unde torquetur et cremetur. Unde Augustinus. **de ci. dei.** Hoc vitium adimit integritatem. pulchritudinem. salutem. virtutem. et quicquid boni per vitium detrahitur seu minui consuevit.

## In quo peccatum

habet esse ortum. **Notandum** est vltimum. quod quicquid peccatum ipsi bono contrarium sit. non tamen habet esse nisi in bono. nec ortum nisi a bono. quod quidem bonum est liberum arbitrium ac voluntas. a qua peccatum est sicut a prima origine et in qua est sicut in proprio subiecto. Voluntas igitur est causa peccati. cum dico non efficientem sed deficientem. Voluntas enim semper quod habet respectum ad suum principium a quo est. scilicet ad deum non est nata elicere ex se nisi bonum. Sed semper quod habet respectum ad principium ex quo est. quod est omnino nihil. cum ipsa voluntas ex nihilo sit. semper tendit ad defectum. Si ergo velimus scire vnum malum culpe sit materialiter. dicendum quod ex nihilo. Si vero velimus scire unde sit terminaliter. dicendum quod ex absentia debiti modi debite speciei et debiti ordinis. Sed si velimus scire vnum sit originaliter. dicendum quod a voluntate siue a libero arbitrio.

## De progressu peccati

**Nota** quod peccatum incipit in cogitatione. pedit et crescit in delectatione. perficitur in consensu. **Circa** processum autem peccati notandum est quod aliqua ipsum peccatum antecedunt. aliqua ipsum subsequuntur. aliqua ipsum concomitantur. **Item** respectu primi. Aliqua

peccatum antecedunt ex parte auersionis. **Et** aliqua antecedunt ex parte reuersionis. **Ex** parte autem auersionis. id est quando quis a bono incommutabili quod deus est. auerti et seipsum pari incipit. antecedunt peccatum. contemptus. omisio. ingratitude. inobedientia. **Ex** parte vero reuersionis scilicet quando homo se in peccatum reuertit. antecedit peccatum. cogitatio. libido. concupiscentia. delectatio. perversa intentio. consensus. **Peccatum** autem subsequuntur. macula id est deformitas imaginis dei. reatus. et obligatio ad penam eternam. **Peccatum** concomitantur circumstantie que ipsum vel aggrauant vel minuunt. et sunt octo que ex versu sequenti notificari possunt. vnum versus. **Quis** quid ubi per quos. quotiens cur quomodo quando.

## De tribus actione

depravationibus. **Per** tria etiam principia liter depravari solet actio. etiam illa que est de genere bonorum. **Quandoque** in sui principio. quandoque in sui medio. quandoque in sui fine. scilicet per malam intentionem. per negligentiam. per vanam gloriam.

## Quibus causis unum

peccatum dicitur maius. **Ultis** etiam causa seu respectibus unum peccatum dicitur maius seu grauius altero. **Videlicet** causalitate vt peccatum luciferi. **Generalitate** vt peccatum primi hominis. **Deformitate** vt peccatum iude perditionis. **Remissionis** seu venie difficultate. sicut peccatum in spiritu sancto. **Periculo** sicut peccatum ignorantie. **Inseparabilitate** vt peccatum cupiditatis. **Pronitate** vt peccatum carnis. **Offensione** vt peccatum idolatrie. **Expugnandi difficultate** vt superbia et vana gloria. **Stentis cecitate** vt peccatum ire.

## De quinque operum

generibus. **Notandum** est etiam quod inter cetera. quinque reperiuntur genera operum. **Nam** quedam sunt mala in se vt illa que de sui natura seu in suo genere mala sunt. sed tamen per aliquas circumstantias bona fieri possunt. vt homicidium quod in se malum est. sed per circumstantiam aliquam potest effici bonum. vt puta quando fit per debitam iusticiam. vel se legitime defendendo cum mortis periculo euadere non possit et huiusmodi. **Quedam** sunt mala semper illa que semper totum suum esse mala sunt. nec per circumstantias aliquas bona effici possunt. sic est odire deum.

vel fornicari et hōi. Quodā e contrario sunt bona in se ut illa q̄ de sui natura sunt bona ex genere. sed tñ p aliquas circūstā-  
tias possunt fieri mala. Sicut est dare ele-  
mosinā quod in se bonū est sed p circū-  
stantiā aliquā pōt fieri malum. ut puta si  
dare p sola vana hominū laude acq̄ren-  
da vel hōi. Quodā sunt bona fm se. ut  
illa que fm totū suū esse bona sunt nec p  
circūstātiā aliquas. pñt fieri mala. sicut  
est diligere deum ex caritate. Quodā sunt  
indifferētia scz que suo esse nec bona nec  
mala sunt. possunt tñ fm circūstātiā bo-  
na vel mala fieri. sic mouere pedē sine de-  
liberatōe. vel qñq; p̄medere. qd fm circū-  
stātiā aliquā bonū fieri potest. ut puta in  
necessitate. cor p suū debite sustentādū ut  
efficaci⁹ deo seruire possit. Et e contrario  
malū. ut puta si ad sup̄bitatē et ex sola li-  
bidie vel volūtariē p̄cepta ecclesie trās-  
grediendo fiat.

**De quatuor gene-  
ribus seu diuisionibus peccati mortalis**

**L**icet plures peccati mortalis/  
diuersis respectibus et causis/  
possent assignari diuisiones seu  
genera. qñtū tamē ad pñtis tra-  
ctatus cōpendiū attinet. quatuor solum  
quartā diffuse insister. quia p eius decla-  
ratōes alie tres clarez facilliter poterūt itel-  
ligi. imo ipas tres effectualit̄ cōprehēdit

**De prima diuisione**

**P**rima igit̄ dictaz quatuor di-  
uisionū est q̄ peccatoz morta-  
liū aliq̄ sunt carnalia alia spūa-  
lia. Carnalia aut̄ maioris sunt  
infamie. Spiritualia s̄o maioris culpe.

**De secūda diuisione**

**S**ecunda diuisione est q̄ pec-  
catoz mortaliū aliqua sunt cō-  
missi alia delicti. Quod in effe-  
ctu est dicere Aliqua cōmittūt  
in faciēdo. alia in omittēdo. Prima pec-  
cata sunt p̄uicatio seu trāsgressio legis  
quo ad p̄cepta negatiua. ut puta Nō occi-  
des nō mechaberis. Secūda sunt p̄uari-  
catio seu trāsgressio legis quo ad p̄cepta  
affirmatiua. sicut sunt. Diliges dñm deū  
tūū ex toto corde tuo et honora patrē tu-

um et. Et fm hāc etiā diuisionē dicif pec-  
catū mortale esse et fieri contra duas par-  
tes iusticie. Quarum vna est. declinatio a  
malo. Alia est facere bonum.

**De tertia diuisione**

**T**ertia diuisione est ex peccatoz  
mortaliū aliqua directe cōmit-  
tunt in deū alia i proximū alia  
in seipm. Peccatū autē in deū  
itez subdiuidit. Nā qñdoq; peccat in pa-  
trē quādoq; in filium. qñq; in sp̄m sc̄m.  
De quibz latior fiet speculatio infra in fi-  
ne declaratōis q̄rte diuisionis. Peccat ei  
alio respectu in deū quadruplicit̄. primo  
male de ipso p infidelitatē sentiēdo. sc̄do  
ipm blasphemādo. tertio ei⁹ sacramēta in-  
digne ministrando et tractādo. q̄rto eum  
tentando. Rursus deū tentādo peccat  
triplicit̄. Nam tentat vel ei⁹ potētia. signa  
scz ab eo perēdo. Vel tentat eius iusticia.  
p hūanas scz p̄batōes. ut puta p candens  
ferrū vel duellū vel similia/ iudiciū ei⁹ ex-  
q̄rēdo. Vel tētat ei⁹ misericordia. suā sc̄li-  
cet q̄si examinatō bonitatē. se stultis pi-  
culis p̄mittēdo. In primū vero peccat  
etiā triplicit̄. vel bona sua ei indebite au-  
ferēdo. vel bona p̄pria sibi in sua necessita-  
te nō cōicando. vel mala psuasiōe aut ma-  
lo exēplo eū in peccatū trahēdo et inducen-  
do. In semetipm at̄ peccat q̄s etiā tri-  
plicit̄. Vel sibi ipsi necessaria subtrahēdo  
vel sup̄flua sumēdo. vel vltra vires ac de-  
bitū moderamen quippiāz aggrediendo.

**De quarta diuisione**

**Q**uarta diuisione peccati (ne-  
mortalis sumit p septē vicia ca-  
pitalia. Que sunt. sup̄bia. inui-  
dia. ira. acedia. auaricia. gula.  
lucuria. Et qz ut supra tactū est de ista q̄r-  
ta diuisione expediēs est diffusiorē hic fa-  
cere declaratōem. tum qz p eam supra di-  
cte tres alie diuisiones clarius intelli-  
gerūt imo eas effectualit̄ p̄prehēdit. tñ qz  
p̄prie loq̄ndo in ipsa et ex ipsa p̄cipal̄ ef-  
fectus p̄cipalisq; intētio huius octauū  
tractatuli istius libelli p̄sistit et dependet.  
Ideo de ipsis septē peccat̄ capitalibz hic  
fiet quoddā speciale capitulū. et iuxta di-  
uisionē in principio hui⁹ p̄cipalis ca-  
pituli quod est de peccato actuali posita  
de his scz que in eo videnda sunt.

**Aliqua circa mate**

riam septē vicioꝝ capitaliū prenotanda  
**I**terum anteq̃ ad specialē seu parti  
 cularē declaratiōez ipōꝝ septē vicio  
 rū capitaliū veniat/ aliqua sunt cir  
 ca ipsa aduertenda. Et primo notādū  
 venit q̃ pctm̄ veniale. siue sit quantū ad  
 actū siue q̃ntum ad maculā. nullo modo  
 potest fieri mortale. sic sc̃z q̃ illud idē fm̄  
 substantiā qd̄ pri⁹ fuit veniale/ fieret mor  
 tale. Et rō est. quia nulla res potest muta  
 respēm suā. Peccatū autē mortale venia  
 le sunt due diuerse peccati species. Verū  
 tamen aliquis actus qui de sui natura est  
 de genere peccati venialis/ bñ potest fieri  
 mortalis. Et hoc quatuor modis. Pri  
 mo modo rōne p̄scientie q̃ de illo actu fie  
 ri potest. qz quicqd̄ fit cōtra cōscientiam  
 formatā/ edificat ad gehennā. etiā si sit cō  
 tra cōsciām erroneā. Et hec est rō. qz cū  
 in pctō duo sint sc̃z auersio & cōuersio/ Pe  
 nes p̄mū iudicatur q̄litas siue grauitas  
 peccati. qm̄ auersio a deo est in pctō qua  
 si formale. & auersio ad creaturā q̄si mate  
 riale. Quāuis ergo leuare festucā de terra  
 videat̄ leue vel indifferēs. si tamē fiat con  
 tra cōsciām est pctm̄. qz tūc in aīo sp̄nit  
 realiter bonū incōmutabile. & ita fit auer  
 sio a creatore. Secōdo modo ex cōplacē  
 tia que in illo actu possit capi & capetur.  
 Unde Aug. Nullū pctm̄ adeo veniale est  
 qd̄ nō fiat mortale dū placet. Tertō mō  
 ex dispositōe seu p̄liuitate que exinde cō  
 trahitur. qz p̄ frequentē lapsum in venia  
 lia. disponit homo ad mortale. Et fm̄ h̄  
 intelligit̄ illud dictū Grego. Vitasti grā  
 dia vide ne obruaris arena. Hoc autē di  
 cit qz sepe de minimis peccatis dū frequē  
 ter fiunt & sic quasi contēnūt/ venitur ad  
 magna. Sicut de modica scintilla surgit  
 quādoq; magnus ignis. Quarto mō  
 ex p̄gressu. quia quādo insurgit veniale/  
 si nō p̄hibet possit p̄gredi vsq; ad morta  
 le. Non q̃ ipm̄ veniale. vt supra tactū est  
 in sua substantia fieret mortale. sed qz ex ip  
 so occasionaliter fieret p̄grediendo mor  
 tale. vt patet in primis motib; q̃ inter ve  
 nialia cōputatur. Sed quādo delectatio  
 conualefcit intantū q̃ cōsensus accedit/  
 iam est peccatum mortale.

**Unde sumatur nu**

mer⁹ & sufficientia septē vicioꝝ capitaliū  
**N**otandū insup q̃ vt aliqualit̄ su  
 pra tactū est septē sunt pctā seu vi  
 cia capitalia. sc̃z supbia. inuidia.  
 ira. acedia. auaricia. gula. luxuria. quozū  
 sufficiētia seu numer⁹ pōt colligi. Volū  
 tatē enī hūanā frequēter cōtingit deor̄ di  
 nari. Aut ergo deor̄ diat qz appetit quod  
 nō est appetendū. aut deor̄ diat qz refu  
 git qd̄ nō est refugiendū. Si pri⁹ mō.  
 aut appetit qd̄ nō est appetendū interi⁹.  
 & tūc peccat̄ peccato supbie seu vane glo  
 rie. Aut appetit qd̄ nō est appetendū exte  
 ri⁹ & tūc peccat̄ pctō auaricie. Aut appetit  
 qd̄ nō est appetendū inferi⁹ quale est cor  
 porū delectabile. Et istud iterum est in du  
 plici differētia. Quia aut illud delectabi  
 le qd̄ sic inordinatē appetit/ tēdit ad p̄ser  
 uatōem indiuidui. & tūc peccat̄ pctō gule  
 Aut tēdit ad cōseruatōez speciei vt coit⁹  
 & tūc peccat̄ pctō luxurie. Si sc̃do mō.  
 qm̄ scilz volūtas deor̄ diat̄ refugiēdo qd̄  
 nō est refugiendū. Aut illud nō refugien  
 dū refugit fm̄ p̄uersum instictū potētie  
 ratiōnalis. & tunc peccat̄ peccato inuidie.  
 Aut illud refugit fm̄ p̄uersum instictuz  
 potētie irascibilis. & tunc peccat̄ peccato  
 ire. Aut illud refugit fm̄ p̄uersum instin  
 ctū potētie cōcupiscibilis. & tūc peccatur  
 peccato acedie. Et sic patz q̃ qz sunt q̃  
 tuoz p̄ncipalia appetibilia in q̄bus vo  
 luntatē humanā deor̄ dinari contingit. &  
 tres solū sunt vires seu potētie aīe fm̄ q̃  
 rum instictum est fuga. ideo tātmōdo  
 sunt septē peccata seu vicia capitalia.

**Duplici modo se**

pre vicia capitalia se ostendūt. nunc pa  
 lam. nunc palliate.

**N**otandū insup q̃ ista vicia septē  
 seu peccata capitalia/ qm̄q; palā &  
 publice se ostendūt. vt qm̄ directe  
 fiunt. qm̄q; vero sub qdā specie boni palli  
 ata se ingerūt & decipiūt. An supbia qm̄q;  
 sic sibi p̄suadet. Volo p̄esse vt possim p̄  
 desse. Inuidia sic sibi p̄suadet. bona alijs  
 nō cupio nec opto ne in p̄speritate succes  
 suū nimis extollant. Iravero sic p̄suadet  
 Non debeo mala mihi illata tolerare/ ne  
 mihi inferri consuecāt. Acedia sic sibi p̄  
 suadet. Ad hoc mihi in laboribus parco  
 ne indiscrete aliquid aggrediēs deficiā et  
 indiscretōis arguar. Auaricia sic sibi per

## Compendiū theologie

suadet. mibi multa adhuc cōgregāda veniunt/ne ppter casus fortuitos qui supuenire pnt in inopiā incidā. 7 sic furtū rapi nā vel aliud iniustū omittā. **Gula** sic sibi psuadet. **Corp<sup>o</sup> meū** cibus 7 potib<sup>o</sup> delicatis nutritio. quatin<sup>o</sup> in sanitate cōseruetur fortiusq<sup>ue</sup> efficiat<sup>ur</sup> vt sic aptius sit 7 valentius ad deo seruitiū. **Luxuria** sic sibi psuadet. nō est malū aliqnto tpe ad libitū 7 placētiā viuere/et postea fortit<sup>er</sup> penitere

**Septem uicia capitalia septem ferocib<sup>o</sup> bestijs cōparātur.**

**N**otandū preterea q<sup>od</sup> p<sup>re</sup>dicta septē uicia seu peccā capitalia septem tā ferocib<sup>o</sup> q<sup>uam</sup> immūdis bestijs cōparari cōsueuerūt. **Supbia** seu yana gloria cōparat<sup>ur</sup> leoni. **Inuidia** cōparat<sup>ur</sup> cani. **ira** cōparat<sup>ur</sup> lupo. **Acedia** cōparat<sup>ur</sup> asino. **Gula** cōparat<sup>ur</sup> vriso. **Luxuria** cōparat<sup>ur</sup> porco. **Auaricia** cōparat<sup>ur</sup> ericio. **Similit<sup>er</sup>** etiā comparari cōsueuerūt septem grauib<sup>o</sup> infirmitatib<sup>o</sup>. **Supbia** seu yana gloria comparatur corp<sup>is</sup> inflationi. **Inuidia** comparatur lepre. **Ira** comparatur frensi. **Acedia** comparatur lethargie. **Auaricia** cōparatur hydropisi. **Gula** comparatur epilentic. **Luxuria** comparatur febr<sup>i</sup>. **Et** insup notandū 7 bñ p<sup>ro</sup>siderandum. q<sup>od</sup> ista septem peccā seu uicia capitalia: deuota ac frequēti passionis christi meditatiōe curant<sup>ur</sup>. Nam q<sup>uod</sup> debite ea que ipse domin<sup>us</sup> noster **Iesus christ<sup>us</sup>** in sua sacratissima passione egit 7 sustinuit cōtemplat<sup>ur</sup>/repiet q<sup>uod</sup> be septē mortifere pestes/ibidē mirabiliter curant<sup>ur</sup>. **Teni<sup>o</sup>** sui sacri capitis in cruce humillima inclinatio/curat supbiam. **Sui** sacri lateris aptio curat inuidiā. **Orō** sua pro inimicis curat iram. **Portatio** crucis curat acediā. **Traditio** sui spūs patri. sui corp<sup>is</sup> cruci. sue matris discipulo. 7 suaz<sup>um</sup> vestiū suis crucifixorib<sup>o</sup> curat auariciam. **Portatio** aceti 7 fellis curat gulā. **Et** sua flagellatio curat luxuriā. **Notandū** insup q<sup>od</sup> p<sup>re</sup>dictoz<sup>um</sup> peccatoz<sup>um</sup> vnum ex alio nascit<sup>ur</sup>. quod sic apparet. **Superbia** enī q<sup>uod</sup> omnes pcellere vult 7 appetit. statū quādo aliquē sibi equari videt aut timz. in se dolere 7 p<sup>ro</sup>turbari incipit. ac exinde p<sup>ro</sup>tra illū ad ipm suū bonū quo sic eū sibi equari timet/impediendū ac diminuendū mouet 7 sic ex supbia nascit<sup>ur</sup> inuidia. **Inuid<sup>o</sup>** vero quia defacili ei cui sic inuidet irascitur

est tamen magna differētia. ita q̄ aliud est peccatū habere filias z aliud peccatū habere species. Species enī alicui⁹ peccati seu vicij capitalis oportet semp ad idem genus vicij p̄tinere. Filias vero non. imo ad finē alicui⁹ vicij possunt etiā peccata alteri⁹ generis ordinari z ex eo oriri. Illa autē peccata q̄ sic ex alio oriuntur z ad ip̄s ordinantur fm̄ appetitū finis. proprie dicuntur ei⁹ filie. sicut gratia exēpli in materia p̄nti. Proditio z fallacia ponunt z de bito filie auaricia. qz ex ipsa oriuntur precie fm̄ appetitū finis vt qn̄ scz fit pditio vel fallacia ad pecunias z diuicias adq̄redas Et tñ pditio z fallacia p se cōsiderate nō sunt proprie species auaricie nec proprie. ad genus auaricie p̄tinet. Ad p̄positū igit̄ reuertēdo illa que (vt tactū est) ponit p̄hs sunt magis spēs auaricie quā illi liberalitate vocat. q̄s sint ei⁹ filie. licet tamē aliqui eoz possint ad filias supra enūeratas reduci. vt sub ip̄is effectualit̄ p̄prehēdant. vtputa latrocinij sub fraude. parcitas z tenacitas sub obduratōe cōtra misericordiam etiā sic ad auariciā p̄tinere vidēt̄. Potest enī aliq̄s illiberalis seu auar⁹ dici ex eo qd̄ deficit in dando. Et siquidē qz parum dat vocat̄ parcus. si autē qz nihil dat. tūc dicit̄ tenax. si autē qz cū magna difficultate dat. tunc vocat̄ lūmibilis quasi lūmī venditor qz. scilz de paruis/magnā vim facit. Quisq̄ etiam dicit̄ illiberalis vel auarus qz excedit in accipiēdo Et h̄ iterū dupliciter. Ano modo qz turpit̄ lucrā. vel scz vilia z frūilia opa p̄ illiberales opatōes exercēdo. Vel qz de aliquibz viciosis actibus lucrā. sicut de meretricio vel aliquo hmōi. Vel qz lucrā de eo qd̄ gratis deberet cōcedere. sicut vsurarij Vel qz lucrā parū cū multo labore. Alio mō qz iniuste lucrā vel de viuis vim inferendo. sicut latrones. vel mortuos spoliādo vel ab amicis p̄ deceptōem auferendo sicut aleatores Et intellige hec om̄ia iuxta supra tacta quādo. scz ex imoderato amore lucri fiunt seu p̄cedūt Et sic p̄z recordātia eoz q̄ ponit p̄hs cū illis q̄ ponit greg.

### De vitio seu peccato

**N**unc dicendū est (caro gula. de vicio gula. Que sic fm̄ August. describit̄ Gula est immoderata cibi auiditas Vel sic gu

la est vorax edacitas. nature finibus nō contenta. Et est aduertendū qd̄ gula nō dicit̄ seu denotat quēlibet appetitū edendi vel bibendi sed solū inordinatū. Qui ex eo inordinat⁹ dicit̄ qd̄ recedit a debito ordine rōnis. Nec viciū gule in substantia seu q̄ntitate cibi proprie cōsistit sed in cōcupiscentia nō regulata rōne. Et ideo si aliq̄s excedat in quāritate cibi/ nō propt̄ cōcupiscentiā sed qz illud sibi necessariū eē erit stimat/ hoc nō p̄tinet ad vitiū gula. sz ad aliquā impiciā. Sed tūc p̄tinet ad gulā. quādo aliq̄s p̄pter cōcupiscentiā cibi delectabilis/sciēter excedit mēsurā edendo. Et hic accipitur cib⁹ etiā pro potu. Notandū insup qd̄ Greg. xxx. li. moral. v. esse spēs gula assignat sub his v̄bis. Sciēdū est. quia q̄nqz nos modis viciū gula tenet. Aliq̄n nāqz indigētie tēpora p̄uenit. Aliq̄n ordinē t̄pis seq̄tur. sed cibos lauti oves querit. Aliq̄n etiā quelibet sumēda preparari accurat⁹ expectit. Aliquādo autē z qualitati ciboz z tēpori cōgruit. sed in ipsa quāritate sumēdi. mēsurā refectōnis excedit. Nonnūqz vero z abiecti⁹ est quod desiderat. z tñ ip̄o estu immensi desiderij deterius peccat. Et cōtinent in hoc versu. Preperelante nimis ardēt̄ studiose Quaz species numer⁹ z sufficiētia sic sumi p̄t. Gula vt dictū est inordinatā cōcupiscentiā edēdi In esu autē duo cōsiderant̄ scz vel ipse cib⁹ q̄ sumit. vel ipsa ei⁹ sumptio. Respectu p̄mi. scilz ip̄i⁹ cibi q̄ sumit/ triplex p̄t̄ concupiscentie inordinatio cōtingere. scilz vel q̄ntū ad substantiā cibi. vel q̄ntū ad qualitātē cibi. Vel quātum ad quantitātē cibi. Quantū ad primū cōtingit cōcupiscentie. inordinatō qn̄ scz querūtur cibi lauti. i. preciosi. Et tūc est scda species supra posita. denotata p̄ illud verbum versus supra positi. laute. Quantū ad scdm cōtingit concupiscentie deordinatio quādo scilz cibi nimis accurate z delitiose preparant̄. Et tunc est tertia species supra assignata. denotata p̄ illud verbū. studiose. versus p̄nomiati. Quantū ad tertium cōtingit concupiscentie deordinatio. quando excedit in nimis cōmedēdo. Et tūc est quarta species supra assignata. denotata p̄ hoc verbum. nimis. Respectu secūdi mēbri principalis/ scilz ipsius sumptōnis cibi. potest duplicit̄ concupiscentie inordinatio cōtingere. scilz vel

# Compendiū theologie

quantū ad tempus ipsius sumptionis vel quantū ad modū. Quantū ad primū cōtingit cōcupiscentie inordinatio. quādo preuenit debitū tps seu debita hora p̄medendi. Et tūc est p̄ma species supra assignata. denotata p̄ hoc verbū. p̄propere. Quantū ad sc̄d̄m cōtingit cōcupiscentie inordinatio. sc̄z q̄n̄ nō seruat debitū modū in edēdo. Et tūc est q̄nta species supra assignata denotata per hoc verbū. ardēter.

**N**otandū insup q̄ Grego. xxi. li. moralium quinq̄ assignat gule filias q̄ sunt. inepta leticia. scurrilitas. immūdicia. multiloquū. hebetudo sensus circa intelligentiam. Quaz numerus seu sufficiētia sic sumi pōt. Gula vt supra tactū est p̄prie cōsistit circa immoderatā cōcupiscentiā q̄ est in cibis et potibz. Et ideo illa vicia q̄ ex immoderata cōcupiscentia cibi et potus consequuntur seu oriuntur. cōputantur inter filias gule. Ipsa autē vicia q̄ ex immoderata cōcupiscentia cibi et potus insurgunt seu oriuntur cōsiderantur dupl̄r. Vel insurgunt ex p̄te aīe vel insurgunt ex p̄te corp̄is. Si insurgunt ex p̄te aīe. hoc pōt cōtingere q̄dupl̄r. sc̄z vel primo q̄ntū ad rōem. cuius acies ex cibi et potus immoderata hebetat. p̄pter sc̄z ciborum et vini fumositates/caput hoīs p̄turbantes. Et hinc ponit filia gule ebetudo sensus seu mentis circa intelligentiā. sicut et ecōtrario abstinētia cōfert ad sapiētie p̄ceptōem. Vel sc̄do quantū ad vim appetitiuā seu appetitū. q̄ sopito gubernaculo rōnis p̄ ipam cibi et potus immoderatiā multipliciter deordinat et in varias transit dissolutōes. Et hinc ponit inepta leticia filia gule. ex eo q̄ oēs inordinate passiōes ad leticiā et tristitiā ordinantur vt dicit ph̄s. Vel tertio quantū ad inordinatōez discretōis circa debitū modū p̄ferendi verba. q̄ frequentissime ex immoderatiā cibi et potus cōtingit. Et hinc multiloquū assignat filia gule. Iuxta q̄ dicit Grego. in pastorali. Nisi gule deditos immoderata loq̄citas committat/diues ille q̄ epulat̄ q̄tidie sp̄d̄i de dicit in lingua graui non arderet. Vel quarto q̄ntū ad inordinatōez discretōis circa gestus et actus exteriores. Nā sicut ex immoderatiā cibi et potus puenit in ipa discretōe defectus et inordinatō circa debitam et moderatā plationē verborū. ita sicut puenit in ipa discretōe deordinatio circa exteriores gestus. Et hinc ponitur

scurrilitas filia gule q̄ est quedā vana iocularitas querēs hoīes ad risum et cōplacentiā cōmouere. et defectu discretōis seu debite p̄uisiōis p̄oueniēs. Quantū autē respectu sc̄d̄i mēbz p̄cipalis de vitijs. sc̄z q̄ ex p̄te corp̄is insurgit. certū est q̄ ex ipa inordinata et immoderata cibi et potus cōcupiscentia et sumptiōe/frequentissime sequuntur emissiones inhoneste supfluitatū. Et hinc est q̄ immūdicia ponitur filia gule.

**E**st tamē aduertendū q̄ si ex ipsa supfluitate cibi et potus cōtingat emissio supfluitatū p̄ modū seminis natural̄. tunc immūdicia licet etiā ad gulam p̄tinere videat̄/in q̄ntum sc̄z materiā ministrat. magis p̄prie tamē p̄tinet ad p̄ctm̄ libidis seu luxurie. Si cōtingat emissio aliaz superfluitatū. vt vomitus et vacuatōnū fetidatū et h̄mōi. tunc immūdicia p̄prie ad viciū gule p̄tinet.

**E**st etiā aduertendū q̄ hebetudo quantū ad eligibilia/nō est p̄prie filia gule. imo cōiter in om̄i p̄ctō inuenit. Sc̄z hebetudo sensus circa speculabilia/ maxime etiā ex gula puenit/propt̄ rōem tactā sc̄z propt̄ fumositates caput p̄turbantes. et tūc prope est filia gule. Sicut leticia que est de actu p̄cti iuxta illō puerbioz. ij. capitulo. **A**etatur cū malefecerit. et que prope ex habitu peccadi p̄cedit/nō est filia gule imo ad om̄e peccatū consequi potest. Sed illa leticia q̄ est vaga dissoluta et incōposita/q̄ iportat hoc verbū inepta. maxime orit̄ ex inordinata sumptiōe cibi et potus. et isto mō assignat filia gule. Similiter est quedā scurrilitas q̄ ex voluntate seu appetitu luxurie et quedā ex appetitu inordinato lucri seu pecunie p̄cedit. dum sc̄z querit̄ p̄sona p̄ quandā vanā iocularitatē/ad risum seu cōplacentiā p̄moueri. vel ad ipam facilius ad actū venereū p̄mouendū. vel ad aliqd̄ cōmodi ab ea cōsequendū. et istis modis magis p̄tinet ad illa vicia sc̄z luxurie et auaricie. Sed illa scurrilitas que ex immoderata cōcupiscentia et sumptiōe cibi et potus procedit iuxta modū facti supra declaratū ē p̄prie filia gule.

## De vitio seu peccato

luxurie.

**E**st de luxuria que sic describitur. **L**uxuria est ex immūdis desiderijs veniēs lubrica mēis et carnis prostitutio. Sc̄d̄m alios sic de

scribitur **L**uxuria est libidinoſe volupta-  
tis appetitus. Et intelligas hūc libidino-  
ſum appetitū qñ est ex cōſenſu ratiōis. ſic  
ſc3 q ipſa rō cū cohibere poſſet. nō tñ co-  
hibet/ qz tñc talis libidinoſus appetitus  
eſt pctm mortale. Adhuc ſm alios ſic de-  
ſcribit. **L**uxuria eſt coꝝpis incōtinentia  
ex puritū carnis originē ꝓtrahēs. **N**o  
randū qz ſicut ſepe ſupradictū eſt. magna  
differētia eſt ponere aliqđ pctm filia al-  
terius viciū ꝓ illud ponere eius ſpēm. **N**o  
manifeſte apparet in iſto vicio ſeu pecca-  
to luxurie. **N**ā vt clare videbitur iſtud vi-  
ciū aliqua habet pctā tanqz filias ea ſc3 q  
ex eo oriūtur ſm ꝓcipue appetitum finis  
**L**icet tñ ſm ꝓriū eſſe ad ipm viciū. nō ꝓ-  
tineat. **H**abet etiā ſpēs que ꝓrie ad ipm  
luxurie viciū ꝓtinet. **D**e octo igit ſm **G**re-  
go. xxi. li. moralū assignant filie luxurie  
ſc3 **C**ecitas mētis. incōſideratio. incōſtā-  
tia. ꝓrecipitatio. amor ſui. odiū dei. affectus  
pñtis ſeculi. horroz ſeu deſperatio futuri  
**Q**uaz numerus ſeu ſufficiētia ſic ſumi  
potest. **T**ertū eſt qz ſm doctrinā phoꝝ qñ  
inferiores anime vires ſeu potētie ad ſua  
vehemēter obiecta afficiūt ꝓ ſe applicant  
cōſequēs eſt qz ſupiores aīe vires in ſuis  
actibz impediānt ſeu deordinānt. **M**axi-  
me autē ꝓ viciū luxurie/appetitus ꝓcupi-  
ſcibilis qz eſt vna de inferioribz potētijs  
aīe vehemēter afficit ꝓ intēdit ſuo obiecto  
ſc3 delectabili venereo. ꝓpter ſuā ſc3 vehe-  
mentā delectatōis. **E**t quo cōſequēs eſt  
ꝓ cōiter cōtingit qz maxime ꝓ cōcupiſcen-  
tiā luxurie. rō ꝓ voluntas que ſunt ſupio-  
res aīe vires/impediūt ſeu deordinānt  
**R**atiōis autē quatuor ſunt actus in agē-  
dis. **P**rimus quidē actus eſt ſimplex intelli-  
gentia qz ipſa ratio aliquē finē apprehen-  
dit vt bonū. **E**t hic actus ꝓ cōcupiſcētiā  
luxurie impeditur. **I**uxta illud **D**añ. xiiij.  
**S**pecies deſcepit te. **E**t illud. **C**ōcupiſcē-  
tia ſubvertit cor tuū. **E**t qñtū ad hoc ꝓ-  
niſ filia luxurie cecitas mētis. **S**ecūndus  
actus rōnis eſt cōſiliū de his qz ſunt agen-  
da ꝓpter finē. ꝓ hic etiā actus ꝓ cōcupi-  
ſcētiā luxurie impedit. **E**t qñtū ad hoc ꝓ-  
niſ filia luxurie ꝓcipitatio. qz ꝓout hic ſu-  
miſ importat ſubtractiōem cōſilij. qñdo  
ſc3 homo ex luxurie vehemētia ꝓ impetū  
voluptatis ſeu paſſiōis. nō adhibito ꝓſi-  
lio ad aliquid agendū ſubito ꝓ inordina-  
te fert. **T**ertius actus rōis eſt rectū iudiciū

de agendis **E**t hic etiā actus ꝓ cōcupiſcē-  
tiā luxurie impedit. **U**t de ſenibz luxurio-  
ſis dicit **D**añ. xiiij. **A**uertēt ſenſum ſuū  
vt nō recordarētur iudicioꝝ iuſtorū. **E**t  
quantū ad hoc ꝓniſ filia luxurie. incōſi-  
deratio. que ꝓt hic ſumiſ importat deſe-  
ctū recti iudicij. qñ ſc3 homo ex luxurie ve-  
hemētia. in recte iudicādo deſicit. qz ſcilz  
contēnit vel negligit attēdere ea ex quibz  
rectū iudiciū ꝓcedit. **Q**uartus autē rōis actus  
eſt ꝓceptū qđ ipſa ratio facit de aliqđ agē-  
do. **E**t iſte etiā actus ꝓ cōcupiſcētiā lu-  
xurie impedit. in qñtum ſc3 hō ex impetu  
ipſi cōcupiſcētie impedit ne exēq̄tur illd  
qđ rō decernit eē faciendū. **E**t ſm hoc ꝓ-  
niſ filia luxurie incōſtātia. qz ꝓout hic ſu-  
miſ importat reſeſſum a bono ꝓpoſito et  
cepto ꝓpter aliquid qđ inordinate placet  
qđ maxime cauſat vehemētia luxurie. ꝓter  
quā homo trahit ad repudiādum qđ re-  
cte ꝓrius acceptauerat. qđ ex ſui defectu ve-  
nit. qz cū poſſet illi impuſſi luxurie reſi-  
ſtere nō reſiſtit. eo ſc3 qz nō tenet firmiſ et  
cōſtāter ſe in bono concepto. **I**ta qz cecitas  
mentis eſt defectus circa actum ſim-  
plicis intelligentie. **P**recipitatio eſt deſe-  
ctus circa actū cōſilij. **I**ncōſideratio eſt  
deſectus circa actū iudicij. **I**ncōſtātia eſt  
deſectus circa actū ꝓcepti. **Q**ui ſunt qz  
tuor ꝓncipales actus rōis circa agibilia  
qz maxime ꝓ delectatōem qz in actibus ve-  
nereis eſt. qz totā animā abſorbet impedi-  
unt vt tactū eſt. **E**t ex parte autē volunta-  
tis duplex eſt actus que ꝓ cōcupiſcētiā  
luxurie deordinari cōtingit. **U**nus eſt  
appetitus finis. **E**t qñtū ad huius actus de-  
ordinatōem ꝓniſ filia luxurie. amor ſui  
**I**nquantū ſc3 homo ꝓ venerea delecta-  
tōe quā inordinate appetit ꝓ cōcupiſcit/  
ſeiꝓſum inordinate diligit. ꝓ ea que ad di-  
ctam delectatōem ſeu cōplacētiā ꝓferūt  
ſibi ꝓcurat ꝓ querit. **E**t ꝓ oppoſitū re-  
ſpectu ipſiusmet actus voluntatis ꝓniſ alia  
filia luxurie. odiū dei. **N**o importat quā-  
dam dei ac ſuoꝝ mandatoꝝ in animo di-  
ſplacētiā ꝓ cōtemptū. inquantū ſc3 ipaz  
delectatōem venereā ſic cōcupitam/ non  
ꝓhibet. **A**lius actus voluntatis eſt ap-  
petitus eoꝝ que ſunt ad finē. **E**t quantū  
ad huius actus deordinatōem ꝓniſ filia  
luxurie. affectus ꝓſentis ſeculi. **I**nquā-  
tum ſc3 homo ꝓ ampliꝓ ꝓ diuiciꝓ venerea  
delectatōe ad ſui libitū fruēdo/ ꝓñs ſclm.

## Compendiū theologie

et ea que in eo sunt / inordinate diligit et in eis placet. **E**t p oppositū respectu istiusmet act<sup>o</sup> ponit alia filia luxurie. de speratio futuri seculi. Quia dū homo vt preferit / nimis delectatōib<sup>o</sup> carnalib<sup>o</sup> detinet / nō curat ad delectatiōes spūales que ppria ad gaudia futuri seculi p̄tinent et di sponūt puenire. imo eas fastidit et quodā modo despiciat. **E**st tñ aduertendū q<sup>d</sup> Isidorus quatuor ponit ex ipsa luxuria ori entia. que sub p̄dictis filiab<sup>o</sup> comprehendī nō vident. scz turpiloq̄a. verba scurrilia: verba ludicra stultiloq̄a. **S**z q̄ bene cōsi derat p̄dicta q̄tuor sub p̄cedentibus cōti nent. Nā ipsa quatuor q̄ sic ponit Isido rus / nō sunt nisi quidā inordinati actus exteriores. et adhuc p̄cipue ad locutiōem p̄tinentes. que ex ipsa vi cōcupiscētie luxu rie oriunt. In qua locutiōe pōt ex vi ipsi<sup>o</sup> luxurie aliqd inordinatū esse quadrupli citer. vel p̄pter materiā. vel ex pte cause. v<sup>l</sup> quantū ad finē. vel q̄ntū ad sententiā. Si quantū ad materiā tūc sunt turpiloquia. Cum enī ex abundantia cordis os loq̄tur luxuriosus cui<sup>o</sup> cor turpib<sup>o</sup> cōcupiscētis est plenū / de facili in turpia verba p̄cipit quod p̄prie p̄tinet ad incōsideratōem. Et pte vero cause. Quā (vt dictū est) cōcupiscē tia luxurie maxime incōsideratōem et p̄ci pitatiōem causet. cōsequēs est q<sup>d</sup> p̄cipere faciat in verba leuiter et incōsiderate dētā que scurrilia dicunt. Quantū vero ad fi nem. Quā luxuriosus ex vi sue cōcupiscē tie delectatōem querat. cōsequēs est vt ver ba sua ad immoderatā delectatōem ordi net et sic in verba ludicra p̄cipat. que pro prie ioculatoria dicunt ad luxuriā maxi me p̄tinentia. Quod p̄prie ad amorē sui p̄ tinere vibet. Quātū vero ad sententiā seu grauitatē verborū. cū p̄cupiscētia luxurie incōsideratōem mētis quandā causet. cō sequens est q<sup>d</sup> rectū iudiciū / debitāq<sup>o</sup> gra uitatē / in verbis impediāt ex q̄ fit vt luxu riosus in stultiloq̄a p̄cipat. vtpote q̄bis suis delectatiōes quas appetit q̄buscūq<sup>o</sup> alijs rebus p̄ferēs seu p̄ponēs. **E**st eti am aduertēdum q<sup>d</sup> amor sui nō capit hic sub quadā sui generalitate. q̄ntū scz se ex tendit ad quecūq<sup>o</sup> bona que aliq̄s sibūp sī appetit. qz isto respectu amor sui nō est filia luxurie. imo cōmune oīm pctōz p̄n cipiū. Sed capit hic quadā speciali acce p̄tōe seu cōsideratōe Inquātū scilz aliq̄s

pp̄ter suā complacentiā et delectatōem / in ordinate appetit et p̄cupiscit delectabilia carnis venerea. et tūc est proprie filia luxu rie. Siliter incōstantia inq̄ntū opponit cōstantie. put ipsa cōstantia est ps fortitu dinis et circa ardua et terribilia versat / nō est filia luxurie. Sed hic ponit filia luxu rie inquantū opponit cōstantie que habet in abstinēdo a delectatōib<sup>o</sup> venereis. que p̄prie p̄tinet ad continentia. q̄ ponit pars t̄pantie **E**t isto modo incōstantia ponitur proprie filia luxurie. inq̄ntū scz ex ipsius luxurie cōcupiscētia / orit et causat. et p̄ eaz emollit cor hominis et effeminatū redditur **E**t ita de alijs supra tactis suo mō Quia vt supra tactū est nō refert aliqua vicia ex vno vicio oriri fm appetitū finis. et eadē vicia ad genera alioz viciozum p̄tinere. **S**pecies vero luxurie cōiter assignāt septē. scz simplex fornicatio. stuprū. adul teriū. sacrilegiū. incestus. raptus. pctm cō tra naturā Quaz speciez numer<sup>o</sup> seu suf ficientia / sic sumi pōt. Pctm luxurie in B proprie cōsistit. q<sup>d</sup> aliq̄s delectatōe vene rea vritur nō fm rectā rōem et debitū mō dū. Quod qdē cōtingere potest duplicif **U**no mō respectu materie in q̄ hmōi de lectatio querit seu sumit put i ea est deor dinatō Alio modo respectu ipsi<sup>o</sup> materie que licet debita existat. nō seruātur tñ cir ca eā debite circūstātie **E**t qz circūstantie de se inq̄ntū scz circūstātia nomē dat seu imponit spēm actui morali. ideo ei<sup>o</sup> spēs nō cōiter a circūstātijs imo sumit ab ob iecto. qd est materia actus. ideo oportuit spēs luxurie assignari a parte materie seu obiecti in habēdo scilz respectū ad ipsam materiā vel obiectū. Circa ipsam autē ma teriā. in qua exercet actus venere<sup>o</sup> / potest aliquid nō cōuenire recte rōni duplicif **P**rimo modo respectu proprie esse ipsi<sup>o</sup> materie scz recipiēs. que proprie in actu venereo p̄ materia reputat et recipitur. in quātū scz ipsa materia / repugnantiā habet ad finē debitū. prop̄t que actus venereus exerceri debet. eo scz q<sup>d</sup> p̄ eam impedit ge neratio prolis. et tūc est vna speciez luxu rie. scz pctm p̄tra naturā. quod hic accipi tur seu sumitur p̄ oīm actu venereo. ex q̄ nō potest generatio hūana sequi. **E**t in quantū ipsa materia repugnantiā habet ad debitā educatōem directōnem et p̄mo tionē prolis iam nate. inquantū scz p̄ eam

impeditur debitis ordo educatōis directō  
nis et promotōis ipsius plis suscepte. et tūc  
est alia species luxurie. scilicet simplex forni  
catō. Secundo mō inquantū ipsa mate  
ria in q̄ exercet actus venereus potest esse  
nō veniēs recte ratioi. Non quidē ex eē  
sui seu de directo. sed p̄ quendā indirectū  
respectū eorū que circa ipsam materiā fiūt  
tam in se q̄ in cōpatōe ad alios hoīes. Et  
hoc itē p̄ cōtingere dupliciter. Quia aut  
p̄ dicto actu venereo cōmittendo et exercē  
do/infert̄ violentia. et tūc est alia spēs luxu  
rie. scilicet raptus. Aut p̄ dicto actu venereo cō  
mittendo et exercēdo nō infert̄ violentia.  
Et hoc itē p̄ cōtingere p̄ dupliciter. Pr̄mo  
quidē mō ex pte ipsi<sup>9</sup> materie scilicet femie. cui  
aliq̄s cōmiserit. q̄ scilicet nō seruat̄ ei debit<sup>9</sup> et  
cōgru<sup>9</sup> honor. et tūc est alia spēs luxurie. scilicet  
incestus q̄ est cōcubit<sup>9</sup> cū sanguinea vel  
affine. in quo ipsius femie tā respectu sui  
sueq̄ fame ac nomis. q̄ in respectu sue p  
genie honorificentia q̄ plurimū leditur  
et quo apparet q̄ graui<sup>9</sup> sit pctm̄ incest<sup>9</sup>  
q̄ pctm̄ simplicis fornicatōis. Alio mō  
ex pte illi<sup>9</sup> in cuius p̄tate est ipsa femia. Et  
hoc itē tripliciter. Vel respectu femie. q̄  
est in p̄tate viri. et tūc est alia spēs luxurie  
scilicet adulteriū. q̄ cōmittit̄ cū violatōe ma  
trimoniū. Aut respectu femie q̄ est in po  
testate patris. et tūc est stuprū quod cōmit  
tit̄ in deflorādo et corrupendo virginem  
que cōiter in p̄tate patris consistit. Aut re  
spectu femie in speciali. vt ita dicatur dei  
potestate existentis tanq̄ scilicet suo cultui et  
seruitio specialiter deputate et dedicate. et  
tūc est alia species luxurie scilicet sacrilegium  
q̄ cōmittit̄ cū p̄sona religiosa et deo sacra  
ta. Et aduertat̄ hic pro intellectu p̄mis  
soriū q̄ species supra dicte luxurie magis  
ex parte femine diuersificari ponūtur. q̄  
ex parte viri. quia in actu venereo femina se  
habet quasi patiēs. et p̄ modum materie  
vir autē p̄ modū agentis. Et vt supra ta  
ctum est. spēs luxurie nō p̄nt cōueniēter  
nisi fm̄ drām seu diuersitatē materie assi  
gnari. Quia diuersitas materie habet an  
neram diuersitatē formale obiecti q̄ acci  
piūt fm̄ diuersos modos repugnantie ad  
tectam rōnem debitūq̄ ordinē et modū q̄  
in actib<sup>9</sup> venereis cōmittūt. Est etiam  
aduertendū q̄ licet in supra scripta speci  
erū luxurie assignatōe meretriciū nō trā  
siens in grauiorē spēm intelligat̄ sub sim

plici fornicatōe cōm̄phensum. aliqui ta  
men inter ipsa duo/realem differētiā assi  
gnāt. dicentes fornicatōem simplicē esse  
soluti cum soluta quodāmodo sibi inui  
cem determiante associatis et appropriatis.  
Meretricium vero dupliciter fieri dicūt.  
Uno modo p̄ vagā libidinē hinc inde cū  
diuersis. nūc cū ista nūc cū alia peccādo.  
Alio modo cū publice venali cōcubēdo.  
Est etiam aduertendū q̄ aliq̄ nō ponūt  
sacrilegiū de p̄ se p̄riam spēm luxurie. q̄  
vt dicūt nō proprie de se p̄tinet ad luxuri  
am fm̄ seipam. Sed solū posset poni ei<sup>9</sup>  
species inq̄ntū ordinare ad finē ipsius.  
Sed nec adhuc ponūt tūc ipm̄ sacrilegi  
um spēm determinatā luxurie q̄ vt dicūt  
p̄t cōcurrere cū diuersis aliaz spēm luxu  
rie supra tactarū vt gratia exempli. Si  
quis abutatur p̄sona sibi fm̄ spirituale co  
gnatōem cōiuncta. cōmittit sacrilegium  
p̄ modū incestus seu quendā spūalem in  
cestū. Si autē abutatur deo sacra ta tūc eo re  
spectu q̄ est sponsa christi cōmittit sacri  
legiū p̄ modū adulteriū seu quoddā spūa  
le adulteriū. Eo vero respectu q̄ est sub  
spiritualis patris curaz p̄tate cōmittit sa  
crilegiū p̄ modū stupri seu quoddā spūa  
le stuprū. Et si violentia inferat/ cōmitte  
tur sacrilegiū p̄ modū raptus seu quidā  
spūalis raptus. q̄ grauiissime etiā in solo  
conatu p̄ leges ciuiles punit. Rōmūtor  
tamē vsus et opinio habet q̄ sacrilegium  
ponit̄ determinatā spēs luxurie et cōmit  
titur vt supra declaratū est. Est etiam ad  
uertendū q̄ peccati p̄tra naturā quatuor  
cōiter species seu modi assignant̄. Prim<sup>9</sup>  
est quādo absq̄ omni cōcubitu/ causa de  
lectatiōis veneree/pollutio pcuratur. Et  
vocat̄ proprie mollicies. pertinetq̄ ad  
peccatū immūdicie veneree seu lubricose  
Secūdus modus est si fiat p̄ cōcubitum  
ad rem nō eiusdem speciei. Et vocat̄ pro  
prie bestialitas. Tertius mod<sup>9</sup> est si fiat cō  
cubitus ad rem eiusdē speciei sed non ad  
debitū sexum. vt puta masculi ad mascu  
lum vel femine ad feminā. Et vocat̄ pro  
prie peccatū sodomiticū. Quartus mod<sup>9</sup>  
est si fiat cōcubitus ad rem eiusdem speci  
ei et debiti sexus. sed non fiat in debito in  
strumēto. vel alias fiat mōstruosa q̄dā de  
ordinatio et vilitas in modis cōcubendi.  
Est etiam aduertendū q̄ concubitus cō  
iugalitatis fm̄ aliquas circūstantias potest

## De consolatōe theologie

fieri cum peccato vel mortali vel veniali. Et cōiter dicti ꝑcubitus assignat̄ triplex modus scz licitus fragilis. ipertuosus. Licitus itez fit tripliciter scz vel causa prolis suscipiēde ad honorē deiꝝ cultum. Vel cā reddendi debitus. dum erigit̄. Vel causa fornicatōis vitandē. nō quidē in se sed in cōiuge. Prim⁹ est pietatis. scōs est iusticie. tertius est cautele. Et in his nullū dicit̄ esse peccatū. Fragilis est quādo fit causa delectatōis. Et tūc distinguit̄. Quia si amor illius delectatōis sit ita seruēs qꝫ preponat̄ deo. tunc est pctm̄ mortale. Si vero nō preponat̄ deo. tūc est pctm̄ veniale. Quinqꝫ modis fit cōcubit⁹ impertuosus. Impertuosus est q̄ ex sola libidine proueniēs metas ratōis ⁊ honestatis trāscendit. qđ fit quinqꝫ modis. Primo modo ꝑ quasdam meretricias blādicias. ad magis exaturandā libidinē. Secūdo modo quādo fit cōtra naturalē modū. Tertio modo quādo fit tempe. phibito vt magnaz solennitatū ecclie et vigiliay. Quarto mō quādo fit ī loco phibito. vtputa ecclesia vel cimiterio. Quinto modo cum ad pregnantē partū vicinā. vel ad eā que in fluxu menstruofo est acceditur.

### **Quomodo ex speciebus ⁊ filiabus septē vicioꝝ capitalium alia etiam peccata oriuntur.**

**O** Generaliter autēz circa ꝑdictas tam filiaz qꝫ species omnīū supradictoz septē vicioꝝ seu peccatoꝝ capitaliū assignatōes ⁊ declaratōes. Notandū est qꝫ licet cuilibz ꝑdictoz vicioꝝ nō sint assignare nisi filie ⁊ species supradicte declarate. qđ non aliter fieri debuit. qz vt sepe supra tactū ē nulli vicio capitali debent pctā alia que cūqꝫ pro filiabus aut speciebus assignari. nisi illa q̄ fm̄ precipue appetitū finis cuiuslibet vicij ꝑmariez magis principalit̄ ex eo oriūtur ⁊ descendūt. vel que ad ipsi⁹ vicij genus ⁊ naturā magis imediate ꝑtinent. Sūt tamē alia peccata. ex ipsis septē vicijs capitalibz oriētia. ⁊ ad genus seu naturā eoz ꝑtinentia. que tñ nec tanqꝫ filie. nec tanqꝫ species eoz assignātur. ex eo qz nō primarie ⁊ principalit̄ ex eis oriūtur ⁊ descendūt. nec ita imediate ad ea ꝑtinet. imo magis ꝑrie ex ipsis filiabus vel speciebus suis oriūtur ⁊ descendūt. Ita qꝫ

proprie loquendo / ꝑnt magis dici ramuli sculi orientes ⁊ principalibz ramis ipsoꝝ septem vicioꝝ capitaliū. ex quibz itez ramulicis q̄ debite exquirere voluerit / respiret virgulas alias seu folia iterū nascētia fm̄ qualitates ꝑsonaz circūstātiāsqꝫ modorum faciēdi necnō tempoꝝ ac locoꝝ. Et gratia exempli. Ex inobediētia que ponitur ꝑia filia inanis glorie nascit̄ seu ꝑcedit rebellio. Ex iactātia que ponit̄ alia ipsius inanis glorie filia. nascit̄ seu ꝑcedit fastus ⁊ ꝑōpositas. tā gestū qꝫ vestitū qꝫ hmōi plurium. Ex discordia q̄ ponit̄ alia filia inanis glorie nascit̄ seu ꝑcedit scisma ⁊ bellū. Et itez ex bello homicidia. mutilatōes. incarcerationes ⁊ hmōi. Et contumelia que ponit̄ filia ire nascitur seu ꝑcedit subannatio. derisio. maledictio. ⁊ sic de pluribz alijs que ꝑmptū est respire. que omnia cognoscere nō est inutile. imo expeiciens ꝑmaxime curā animarū hūit̄ ac alijs viris literatis. vt magis ꝑpendere attendere possint ꝑrias radices ⁊ origines singuloꝝ peccatoꝝ. Et sic facili⁹ ⁊ melius tam in respectu sui qꝫ respectu eoz qꝫ in cōfessionibz audiūt / possint tentatiōibus resistere. radicesqꝫ eaz ꝑncipales ac fomēta euellere ⁊ dissipare. Et ista hic ad longū declarare nō patit̄ intentā hui⁹ tractuli compēdiosa breuitas. Qui ꝑo ampliora ac magis ꝑticularia videre voluerit. recurat vt iā supra tactū est. ad scōaz secunde beati Tho. necnō ad illā summā notabilem de vicijs. que a nōnullis summa regis nūcupatur.

### **Quod non semper vicia seu peccata capitalia / eozqꝫ filie ⁊ species / peccata mortalia existunt**

**E**t tamen circa supradictā septem peccatoꝝ seu vicioꝝ capitaliū declaratōem aduertendū. qꝫ licet ipsa septē vicia capitalia cū suis filiabus ⁊ speciebus supra etiam specificatis pro pctis mortalibz assignent̄. ⁊ frequētius in naturā ⁊ actū pcti mortalis transeāt. Non tamē semp peccata mortalia existunt. imo nonnūqꝫ fm̄ aliquas circūstātiāsqꝫ q̄litates ꝑmitti possunt qꝫ nō nisi peccata venialia sunt. Et licet per nōnullos istud ample declaratū sit. ⁊ specialiter bene. diffuse. ⁊ elegantē ꝑ beatum Tho. secūda secūde sue summe. ex q̄ mul-

ta in hoc octauo tractatulo dictorum sum-  
pra sunt. ac etiã bene z succinere in quo-  
dã soleni tractatu. q̄ compediũ theolo-  
gie nũcupatur. cui<sup>9</sup> iniciũ veritatis theo-  
logie sublimitas. ad q̄s attenda breuitate  
huius dicti tractatuli. rationabiliter venie-  
bat faciẽda remissio. Tamẽ qz nõ omnes  
libros hñt/interdũqz nõ facile ab aliqui-  
bus repiunt/ ne omĩno istud qd poterit  
cõsciẽtiã plurimoz a multiplicibz scrupu-  
lis releuare/hic inderermiatũ p̄teriref:  
expediẽs visum est ac cõgruũ hic aliq̄ mō  
explicare. z pro maiori parte dicendõũ/  
iuxta effectũ eorũ que circa hoc in supra/  
dicto cõpendio theologie ponũtur. Et q̄  
in simili vt supra dictũ est ampliora z spe-  
cialiora videre voluerit. ad alios docto-  
res specialiter ad ipsam secundã secunde  
beati Thomã. recurrat.

### **Quando superbia**

fit peccatum mortale.

**P**rocedendo. igitur iuxta ordinẽ  
ceptũ hui<sup>9</sup> tractatuli s̄m quem  
insequẽdo beatũ Grego. fit di-  
stinctio inter supbiam et vanã gloriã. est  
sciendũ q̄ supbia prout accipit hic z po-  
nit regina z mater oĩm vicio z/ cum suis  
quatuor speciebz. quas etiam vt supra ta-  
ctũ est ponit Greg. est de suo genere pctm̄  
mortale. qz est inordinat<sup>9</sup> z puerus appe-  
tit<sup>9</sup> p̄rie excellẽtie. sibi indebite attribu-  
ens que nõ hz. vel alio mō z intẽtione q̄s  
habeat Que om̄ia tñ intelligẽda sunt qñ  
et delibato iudicõ seu p̄sensu rõis p̄cedũt

### **Quando uana glo**

ria fit peccatum mortale.

**U**ana gloria/ ex suo genere est ve-  
niale peccatũ. Quia gen<sup>9</sup> ope-  
ris scz morale/ sumit ex obiecto  
Vanũ at̄ s̄m se nõ est obiectũ mortal pec-  
cati sed veniale. Unde cum vana laus sit  
hui<sup>9</sup> pcti obiectũ/ p̄z qz nõ sp̄ vana glã est  
mortale pctm̄. S; alijs respectibz est va-  
na glã mortale pctm̄. qd̄ dupl̄r cõtingere  
p̄t. Ano mō rõe finis. p̄pter quẽ laus ipsa  
appetit. op<sup>9</sup> nãqz tale est. q̄le est illd̄ p̄pter  
qd̄ appetit. Alio mō rõe opis in se in quo  
laus ipa q̄ritur. **C**irca p̄mũ modũ ad-  
uertendũ est qz quadruplici fine laus appeti-  
põr. P̄rio ad vitandũ malũ infamie. qd̄  
põr homo p̄ suspitõem vel detractõez ali-

orũ aut alias icurrere. sicut samuel se lau-  
dauit primo regũ. Secũdo p̄pter vtilita-  
tem aliquã sp̄ualem. vt esset gloria dei vel  
edificatio proximorũ sicut Paulus se cõ-  
mendauit. Tertio p̄pter lucrũ auaricie.  
vel aliquẽ aliũ finẽ seu actũ peccati mor-  
talis sicut pharisei q̄ deuorabãt domos  
viduarũ simulantes lögã oratõem. Et  
habet<sup>9</sup> Barth. xxiij. Quarto p̄pter ali-  
quẽ finem seu actum venialis peccati si-  
cut quãdo quis laudari appetit eo qz va-  
ne in laude delectatur. Primũ est prouĩ-  
dentie. secundũ est charitatis. tertium est  
mortale peccatũ. Et idẽ intelligendũ est  
de omni ope z actu cuius finis q̄ p̄ncipi-  
paliter intẽditur est mortale peccatũ. q̄r-  
tum est veniale si illa delectatõ que in lau-  
de habet/ sit venialis. **C**irca scõm mo-  
dum ratiõis scilz opis p̄pter qd̄ ipsa laus  
queritur/ est aduertendũ qz tria sunt gene-  
ra operum per que laus ipsa queri potest  
Vel enĩ sunt opa illicita vel sunt opa vir-  
tuosa. Vel sunt opa indifferentia. Si p̄  
prima opa scz illicita queritur laus. tunc  
vana gloria est tale peccatũ quale est illd̄  
opus illicitum p̄ quod q̄ritur. Nam si il-  
lud opus illicitũ sit mortale. tñ vana glo-  
ria erit mortalis. Si sit veniale tunc va-  
na gloria erit venialis. Si q̄ratur laus p̄  
secunda opa scz virtuosa. hoc iterũ potest  
cõtingere dupliciter Quia vel appetitus  
laudis/ adiũgitur seu supuenit operi vir-  
tuoso tãqz incidens z nõ principaliter in-  
tentus. sicut sepe in cantu z aliquando i-  
mo frequẽter in predicatõne alijs qz san-  
ctis opibz. Et tunc vana gloria nõ est ni-  
si peccatũ veniale. Vel ipsa laus est finis  
principalit̄ intẽtus in ope virtuoso. ipsi  
qz actui virtuoso p̄stituit<sup>9</sup>. ita qz illd̄ opus  
virtuosũ opans ibi p̄stituit finẽ vltimũ  
sui opis. Et sic est vana glã pctm̄ mortle  
qz tñ iheretur ei vt fini vltio. Circa qd̄ ad  
huc aduertẽdũ est qz mai<sup>9</sup> e pctm̄/ glãri de  
bonis sp̄ualibz q̄s de bonis sp̄alibz. qz bo-  
na sp̄ualia min<sup>9</sup> hñt motiũ vanitat̄ z va-  
ne delectatõis eo qz min<sup>9</sup> appent ab extra  
q̄s sp̄alia. Si q̄ratur laus p̄ t̄tia opa. s. in-  
differentia vt est h̄re diuitias vel vestes p̄-  
ciosas. tñ si illa opavltari nõ p̄grediãtur  
in deteri<sup>9</sup> nisi i solã laudẽ hñdã. vana glã  
nõ erit nisi veniale pctm̄. Si at̄ talia opavlt-  
tra i deteri<sup>9</sup> p̄grediãtur de se qz ordiãta vt  
sint occasio mortal pcti. vt puta qñ mlier

## Compendiū theologie

ornatu meretricio ad alliciēdos homines animasq; capiēdas se preparat. vel sint illa opa de se indifferentia ex phibitōe superioris effecta illicita vt torneamēta z hmoi z tunc vana gloria est peccatū mortale

### **¶** Quando inuidia sit peccatū mortale. z quando nō.

**I**nuidia ex suo genere est peccatum mortale. Cum enī inuidia put in superioribus dictū est/ sit dolor de felicitate seu bono alterius. gaudiūq; de malo alieno. clarū est q; directe cōtrariat charitatis. vt prime ad corin. xij. Caritati autē nihil est cōtrariū quod nō sit pctm mortale. Est tamē aduertendū q; interdū illud peccatū quod ex suo genere est mortale. potest fm aliquas sui qlitates solū esse veniale. Arputa quādo in solo p̄io motu cōsistit. Vel propter aliquā aliā intentionē extra suā rōnem trahitur. Pro q; sciēdū est q; quadrupliciter potest dolor de alieno bono/homini accidere. Primo mō prout est primo prim⁹ motus ex natura proueniēs. q; interdū etiā ex ipsi⁹ nature corruptōe/in aliq;bus plus z frequētius puenit. Sunt enī aliqui ex sue corruptione inordinate nature/magis p̄ni ad motus inuidie q; alij. vt in simili est videre inter diuersos canes. Et iste dolor seu motus inuidie nullo modo est peccatum qz tales motus p̄io primi. nō sunt in potestate nostra. Et ita intelligēdū est respectu quorūcūq; aliorū vicioz seu pctōz de omnibus primo primis motib⁹ naturalibus. vbi tñ delectatio seu cōsensu nō se adiūgerit. qz tunc posset in pctm vel veniale vel mortale trāsire. Secūdo mō potest ille dolor seu tristitia de bono alieno esse. scdo prim⁹ motus. quando scz fit in sensualitate/sine tamen cōpleta deliberatiōe. etiā si tali dolore seu passione afficitur. quod proprie cōtingit quando ille secūdo prim⁹ motus nō ita cito ab inicio remouet sicut posset. remouet tamē ante plenū cōsensum. imo quodā mō displicere incipit. Et tūc inuidia nō est nisi veniale peccatū. Et ita (q; bene aduertat) intelligēdū est etiā generalit̄ in omnibus alijs vicijs seu peccatis. Qui autē dicant primo primi mot⁹ z secūdo primi motus declarabit aliqualit̄ infra. vbi de peccato veniali ageat. Tertio pōt ille dolor seu illa

passio in aīno accidere q; nihilominus propter aliquā aliā intentōem trahit extra suā propriā rōem. suāq; p̄riā naturā. vt puta quādo dolor ille seu tristitia de alieno bono/insurgit alicui ex bona rōe seu causa. sicut quādo aliq; de bono seu prosperitate alterius dolet. vt quia efficit potens vel alias. qz illud videt in alteri⁹ detrimentū z p̄iudiciū redūdare. vel scz anime proprie met illius q; illud bonū habz vel reipublice. vel aliqua z bonaz psonarum q; affligi nō merēt. Et talis dolor seu mot⁹/bon⁹ est. nec pctm est cū maius bonū magis sit appetendū. Quarto mō pōt ille dolor seu tristitia de bono alteri⁹ accidere z haberi ex certa sciētia p̄sensuq; deliberato volūtatis. z sine iusta ac rōnabili causa. Et isto modo inuidia est semp peccatū mortale. Et p̄ ista pōt etiā clarevideri quādo detractio est pctm mortale vel veniale. Nam si malū de aliq; dicat ad bonū finē p̄ impediēdo scz q; malū alteri faciat. vel p̄ sua correctōe. vel rōne officij qd̄ incūbit. vel phibēdo testimoniū veritati. vel hmoi. z tunc detractio nō est pctm. dum tamē p̄uersa volūtas ex deliberato p̄posito nō se adiūgit. Si vero dicat malū de alio ex quadā solū leuitate loq̄ndi. sicut sepe cōtingit/ z malū quod dicit nō vergat in magnū damnū seu p̄iudiciū illius de q; d̄r aut sue fame. z tūc detractio est pctm veniale. Posset tñ illō dānū seu p̄iudiciū tā graue eē q; illa leuitas loq̄ndi non excusaret. qz vnusq;sq; maxime in talibus grauib⁹ z respectu aliorum debz ponere custodiam ori suo.

### **¶** Quando ira sit peccatum mortale z quando non.

**I**ra ex suo genere ē pctm mortale qz iuxta sup̄ vbi de ira actū ē. Ira est imoderat⁹ aī mot⁹/pcitās ad penā puocāti inferendā. Dicit aut mot⁹ p̄riat caritati. q; vt hēf. i. ad Cor. xij. Nō irritat. nō cogitat malū. Ira tñ vt eē supra aliq;lit tactū ē/multipliciter p̄siderari p̄t. Vno mō put iportat seu denoiat p̄ zelū q; q; p̄tra vicia mouet z ipsa detestat. Et hec ira nō ē pctm s; magē p̄fectōnis. imo p̄ istū modū p̄t eē sibimet q; irasci. Quid enī (vt dicit glosa sup̄ illud psal. Irascimīz nolite peccare) est hō penitēs. nisi sibi ipsi irascēs. Alio mō p̄t ira p̄siderari. put dicit z iportat. quāda erga



primū affectus remissionē. p quā scz bō  
nec de malo primi dolet nec de ei⁹ bono  
gaudet. licet etiā non doleat de bono. nec  
gaudeat de malo eius. sed est ei⁹ et erga eu⁹  
indifferens. Et hec species ire nō est mor  
tale peccatū sed est impfectio quedā cari  
tatis. Nisi tñ vbi primus esset in extrema  
necessitate qz tūc sub pena peccati morta  
lis teneretur homo sibi succurrere si potest  
Alio mō p̄t ira cōsiderari. put dicit⁹ et im  
portat quādā impatientiā actualē absqz  
tamē reali appetitu vindicte. Et tal⁹ mo  
tus etiā deliberatiu⁹ est solū pctm venia  
le. Quia sicut p̄t ex supradictis ire descri  
ptōib⁹ nō habz cōpletā rōem ire. Alio mō  
potest ira cōsiderari. put dicit⁹ et importat  
actualē impatientiā/etiā cō appetitu vin  
dicte. Et hoc tripliciter cōtingere p̄t. Quā  
doqz enī hoc a naturali cōpletione seu di  
spōsitōe pcedit sicut est iu melacolic⁹ et in  
senib⁹. In quib⁹ fm phm cōtinue moue  
tur natura. prop̄t qd̄ semp turbulenti exi  
stunt. Et talis ira nullū est pctm. eum sit  
motus naturalis. Quāqz etiā est hoc et pro  
cedit ex appetitu subitō et nō pfecte delibe  
rato. Et talis ira nō est nisi veniale pecca  
tū. sicut ali⁹ p̄mi motus. Quāqz at̄ est hoc  
et pcedit ex volūtate deliberata cōsensu qz  
pfecto. Et talis ira est semp pctm mortale

### Quādo acedia sit

pctm mortale. et quādo non  
**A**cedia ex suo genere est veniale  
pctm. Quia fm supius tacta/  
acedia in effectu nō est nisi tedi  
um de bono spūali laborioso. Hoc at̄ de  
se nō opponitur caritati. sed solū dicit qn  
dam feruoris caritatis diminiutiōem. in  
qua feruoris caritatis diminiutiōe consistit  
omne pctm veniale. Multipliciter p̄t tedi  
um de bono spūali cōtingere. Uno modo  
put est sol⁹ mot⁹ naturalis laborē abhor  
rens. et talis motus nullū est pctm. qz tal⁹  
motus nō est in nostra ptate. Alio modo  
put est motus appetitus de ope spūali la  
borioso cōtristati. Et talis motus etiā si  
appetitus ille sit deliberatiu⁹. nō est nisi  
peccatū veniale. qz cōsensus in illō quod  
de sui natura nō est nisi veniale peccatū/  
nō est nisi veniale. Alio mō p̄t istō tediū  
de bono spūali laborioso tale eē/ taliterqz  
vltra motū naturalē motūqz appetit⁹ trā  
sire. qz p̄ illō bō illa adimplere dimittit q̄

sue saluti vel ex vi p̄cepti vel alias necessa  
ria sunt. et tunc est pctm mortale. P̄t ad  
huc istō tediū in grau⁹ trāsire et tantū eē  
qz ex omni de ipsi⁹ boni spiritual⁹ laborio  
si difficultateqz ipm aggrediēdi hō in qn  
dam sue vite displicentiā inducitur et exin  
de in despatōez cadit. Et tale tediū est pec  
catū mortale. acceditqz ad pctm in spiri  
tū sanctum. Et adhuc grau⁹ imo grauissi  
mū si illō tediū illaqz displicentiā vite in  
tantū crescat et pcedat. qz q̄s sibi ipsi ma  
nus inq̄ciat ac se occidat. nā tūc tal⁹ similit̄  
erit iude qui se p̄ despatōez laq̄o suspēdit

### Quādo auaricia

fit peccatum mortale.  
**Q**uādo auaricia autē / q̄ iuxta su  
pius dicta/ est imoderat⁹ amor  
hōi. Et cōsiderandū qz iste i  
moderat⁹ amor/ cōsistere p̄t. vel in appe  
tendo. vel in adq̄rendo. vel in retinendo.  
Si i appetēdo. hoc itez qnqz modis  
cōtingere p̄t. Vel enī appetitur aliena ap  
petitu cōpleto et deliberato ac absoluto. q̄  
etiā in actū et op⁹ si adesset facultas transi  
ret et pcederet et tūc est mortale pctm. Vel  
appetitur appetitu sicut cōpleto. delibera  
to et absoluto illicita. v̄puta hō se idignū  
bñficio ali⁹ ecclīastico vel officio senties  
et cogscens. vel sentiret cognoscere debēs  
illō bñficiū ecclīasticū vel illō officiū sciē  
ter appetitqz delibato et absoluto appe  
tit. et tūc etiā est pctm mortale. Vel appeti  
tur p̄dicta scz aliena vel illicita. appetitu  
eē cōpleto et delibato. s̄z nō tñ puro et abso  
luto. s̄z cōditionato. v̄puta si talia sine di  
offensa ac iuria p̄mi h̄i possent. Et tūc  
vel nullū ē pctm vel ē veniale. siue tal⁹ cō  
ditio actualit̄ exp̄sse addatur siue habitu  
alit̄ intēdatur. Quō tñ itelligēdū ē. dūmō  
scz p̄ tales appetit⁹ seu desideria/ hō nō se  
vane pascat ac pdat seu intermittat facere  
illō bonū ad qd̄ aliūde teneretur. Vel n̄ ge  
neret i corde suo aliqz malos mot⁹ seu ha  
bit⁹. q̄s qñ voluerit remouere n̄ possit. qz  
tūc possz eē mortale pctm. Vel appetitur  
nō necaria et supflua. eē q̄suis n̄ aliena nec  
de sui natura illicita. appetitu nimis ardē  
ti. et tali qz mēs ex h̄ qd̄amō suffocata/ ipe  
ditur omnino a cōsideratōe diuinoz. ac  
eoz que ad suam salutē spectant. Et hec  
est illa pernicioza cura seu sollicitudo que  
in euangelio pbibetur et est pctm mortale

## Compendiū theologie

**U**el appetitur seu desiderant nō necessaria z supflua. nimio appetitu sed tñ tali q̄ est isra dei amorē z timorē. qz talia sic appetēs nec p̄terea deo displicere vellet. nec etiā impedīr a cōsideratōne eoz q̄ ad suā salutē ptinēt. z hoc est nisi pctm̄ veniale. Quin imo possit talis amor seu appetit⁹ ita moderat⁹ esse q̄ nō esset pctm̄. imo talem principaliter finē z intēionē habere q̄ esset meritor⁹. **S**i vero respectu secūdi mēbri p̄cipalis ille imoderat⁹ amor habendū nō solū consistat in appetitu s̄z ultra transeat sc̄z in acquirēdo. Et hoc iterum pōt cōtingere tripliciter. **U**el enī acquirunt res iniuste z indebite indifferēter a quocūq; z quocūq; modo fieri potest. vt p̄ furta. rapinas. iniusticias. extorsiones aliasq; fraudes z vias illicitas z tunc est peccatū mortale. **U**el acquiruntur res respectu adq̄rentis z illi⁹ a quo adq̄ritur de suo esse nō illicite. nisi qz p̄ artem seu officīū aut aliud opus illicitū adq̄rūt. qd̄ de p̄ se etiā sine adq̄sitōe z lucro esset peccatum mortale. vt est in meretricibus. in falsas mercatias sciēter vendētibus. z sursarijs z h̄mōi. z tunc est pctm̄ mortale. **U**el adq̄runt p̄ artem aut officīū seu opus qd̄ licet de se sit illicitū. nō est tñ de p̄ se nisi pctm̄ veniale. **U**t est in istis ioculatoribz. qui p̄ cōplacētia principū vel populi ad lucrū habendū. ociosa. iocosa. z interdūz mēdosa. salua tñ aliqua honestate dicūt. vel diuersas corporoz gesticulatōes faciūt z tūc nō est nisi veniale pctm̄. **N**isi tamē p̄pter solā talis dissolutionis delectatōez homo se ex toto talibz daret z tūc enī eēt peccatū mortale. **E**t notāter d̄z p̄pter solā talis dissolutionis delectatōem. qz si quis p̄pter necessitatē se etiā ex toto talibz daret et applicaret suā p̄ talia sustentatōem querens. cū aliā artem seu aliū modū lucrādi nesciret vel nō haberet. nō eēt talis in statu dānandoz reputand⁹. **S**i vero respectu tertij mēbri p̄cipalis amor ille h̄ndi imoderatus cōsistat in retinēdo. hoc itēz potest quinq; modis contigere. **U**el enī sciēter z animo retinēdi retinent ea que q̄s restituere tenet. vt puta quia cōtra voluntatē eius ad quē spectat. detinere se scit vel credit. z tunc est pctm̄ mortale. **E**t intelligit quis animū retinēdi habere. qñ non habz p̄positū z voluntatē restituēdi vel p̄cordandi tēper loco. licz facul-

tas sibi suppetat vel qñ sibi suppetet. **U**el retinētur illa q̄ ad necessitatē alicui⁹ z suorum. siue p̄scisam siue f̄m sui stat⁹ vel dignitatis vel facti qd̄ iuste manu tenet z grūtiā z condecētā faciūt z spectāt. z tūc nullū est pctm̄. **U**el retinētur supflua siue sit respectu necessitatis p̄scise retinētis. siue necessitatis congruētie sui status z dignitatis. zc. vt supra tactū est. **E**t hoc tēper extreme necessitatis alicui⁹ de q̄ noticia habet. z cui de p̄dictis supfluis succurri potest z non succurrit. z tūc etiā est peccatū mortale. **Q**uia homini in tali necessitate constituto. tenet homo succurrere nō solū de sibi superfluis. v̄z etiā de sibi necessarijs. respectu quidē manutenētie sui status vel dignitatis. zc. **S**z non de his que simpliciter z p̄scise p̄ sua vita necessaria sunt. **Q**uia in tali casu homo magis tenetur proprie sue vite succurrere q̄s aliene. **U**el retinētur supflua modo statū declarato supra. declarato etiā extra vel citra extremā necessitatē alteri⁹ cuiuscūq;. **S**z h̄ fit ex quadā insatiabili cupiditate z ardore h̄ndi. **L**ui⁹ insatiabilitatis seu ardoris signū euidens est. q̄ q̄s res pot⁹ penes se putrescere z depire dimittit. q̄ q̄ vtiliter alijs liberalit̄ distribuit z dispēsat. z tunc etiā est pctm̄ mortale. **U**el retinētur supflua ex immoderato seu inordinato amore habendū. **N**on tñ ita insatiabili z ardenti sicut statū supra tactū est. s̄z solū quadā imoderatā seu inordinatione. q̄ modicū non tñ in totū a medio virtutis sc̄z largitatis deficit z declinat. z tunc est peccatū veniale. **N**isi tamē vt supra statū dictū est appareret homo in extrema necessitate cōstitut⁹ cui succurri possz z deberet. **E**t p̄missis apparet q̄ auaricia ex suo genere est pctm̄ mortale. **E**tia vt in superioribz tactū est. ab ap̄lo idolatrie compat. **N**on qz sit de sp̄e illi⁹ pcti. cū non h̄eat aliquē actū ei⁹. s̄z qz aliqd̄ idolatrie sile facit sc̄z creature fūiēdo pot⁹ q̄s creatori. vt lat⁹ supra vbi de auaricia agit declaratū est.

### Quando gula est

**Q**ue peccatū mortale z quādo non. **U**el ex suo genere ē pctm̄ veniale. qz appetit⁹ comedēdi vel bibēdi. ex sua rōe n̄ subiacz dñio voluntat⁹. **C**irca tñ istō gule pctm̄ qd̄ iuxta in superioribz dicta. est imoderatus edendū

appetitus seu immoderata cibi auiditas

**E**st aduertendū qd qnq; modis potest iste immoderat<sup>9</sup> appetitus cōtingere seu cōsiderari. **U**no modo put est solūmō naturalis. sicut naturaliter hō comedere z bibere appetit dū famescit z sitit. **E**t hic appetitus nō est pctm̄. imo nec etiā delectatio naturalis que ipm̄ appetitū in ipa cibi sumptōe cōsequit̄ seu p̄mittit̄ est peccatū. z hoc inquantū ordinatur supra de factū nature cōtrariū. quia hec naturalia sunt. nec in p̄tate nostra cōsistūt. **E**t ideo nec in talibus est meritū vel demeritum.

**U**el illi appetitui seu desiderio naturali quodāmodo necessitatis est. supad iungit̄ quidā appetitus delectatōis z voluptatis in cibo. z tūc est solū pctm̄ veniale.

**E**t hoc vtz est nisi ille appetit<sup>9</sup> edendi ultra p̄gredetur. sic scz qd propter illā delectatōem seu voluptatē/que sic sibi supadiungitur/ fieret sine q̄cūq; necessitate trāsgressio p̄cepti ecclie vel superioris. vt puta qd solueretur ieiuniū p̄ eccliam indi cū. **U**el religiosus cōtra phibitōez in suo ordine sub p̄cepto factā p̄mederet carnes vel hm̄i. nam tūc est pctm̄ mortale. **E**t notāter dicitur sine necessitate qz si hm̄i trāsgressiōes/ ex necessitate fierēt. vtputa nimie senectutis vel nimie iuuetutis. vel infirmitat̄. vel laboris necessariū z hm̄i tūc nō esset pctm̄. imo posset illa necessitas talis esse qd quis hm̄i p̄cepta obf/ uando peccaret. **I**n talibus tamē obseruātiōs ad quas hō ex ecclie p̄cepto vel voto vel inunctōe penitētie tenetur. z p̄pter necessitatē aliquā eas adimplere nō p̄t. bonū est petere licentiā a suo p̄lato. vl a suo curato. vel a suo confessoze. **U**el nisi ille appetitus edēdi eēt cū tanta libidine z ardo re qd hō nimio z finali affectu/ illi delectatōi cibi inhereret. ita vt p̄ponerz amori z timori dei. z tūc est peccatum mortale.

**U**el nisi qn̄ ille appetit<sup>9</sup> vel illa delectatio in talē p̄suetudinē ducitur/ qd facit totā vitā hois talibus delectatiōibus occupari z deputari. **E**t hic posset eē pctm̄ mortale. **I**mmo sunt talia ita pctō mortali vicina qd ebrietas ab ap̄lo inter mortalia peccata p̄putatur. **E**brietas tūc qn̄ est pctm̄ veniale. vt qn̄ ultra necessitatē qd accipit sed hoc est fm̄ mēsurā impceptibile. **Q**ū vero egreditur qd a mēsurā p̄ceptibili. qd scz fm̄ rōem bñ ordinatā discerni p̄t. **E**t

hoc in tali mēsurā ex q̄ eueritur stat<sup>9</sup> mēris. hocq; effrenata quadā libidine fit. vt scilz qn̄ hoc dei amoriz timori p̄ponitur. **T**ūc ebrietas est pctm̄ mortale. **S**i qd at aliū inebriat ita scilz cū ad potū inuitās/ vt intēdat statū mentis ei<sup>9</sup> euertere/ z hoc facit in ei<sup>9</sup> notumentū/ peccat mortaliter. **Q**uia tūc magis sibi aufert qd si auferet aliqd tēpale. quia vsum rationis ei tollit.

## Quando luxuria fit

peccatum mortale. z quando non.

